a : a.
20
~~C 777~~
Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

COMPENDIUM
Geographiæ Territorialis
Cum omnibus, & ſingulis Statibus, Provinciis, Dominiis, ac rebus notabilioribus Europæ, Aſiæ, Africæ, & Americæ:

COMPOSITUM

AB ABBATE D. JO: CAROLO DE STADEL

Nobili Moguntinæ Diæceſis, Canonico Cathedralium Auguſtanæ, & Curienſis, Sereniſs. Principis Electoris Palatini Conſiliario Eccleſiaſtico.

DEDICATUM

Quatuor Sereniſs. Fratribus, Comitibus Palatinis Rheni, Bavariæ, Juliæ, Cliviæ, & Montium Ducibus, Dominis

D. JOANNI WILHELMO, S.R.I. Archi-Dapifero, & Electori; nato 1658:

D. CAROLO PHILIPPO, S. Cæſ., & Cath. Majeſt. Gubernatori Tyrolis; nato 1661.

D. ALEXANDRO SIGISMUNDO, Epiſ. Auguſtano, S.R.I. Principi nato 1663

D. FRANCISCO LUDOVICO, Epiſc. Wormatienſi & Uratislavienſi, Magno Magiſtro Ord. Theutonici, Præpoſito & Principi Elvacenſi, Coadjutori Moguntino; nato 16. Julii Anno 166[...]

SUMPTIBUS AUTHORIS

ROMÆ, Typis Bernabò. 1713. *Superiorum pe[...]*

Venduntur in Bibliotheca Eraſmi Sylveſtri, in Fo[...] Agonali prope S. Agnetem.

Imprimatur;

Si videbitur Reverendiſsimo Patri Magiſtro Sac. Palatii Apoſtolici.

D. de Zaulis Archiep. Theod. Viceſg.

EGo Infraſcriptus fidem facio, & atteſtor, quomodo de mandato Reverendiſſimi Patris S. P. A. Magiſtri viderim Librum inſcriptum: *Compendium Geographiæ Territorialis, comprehendens omnes Status Eccleſiaſticorum, & Sæcularium, Principum, Comitum, & Baronum etiam Epiſcopatuum &c. Liber IV. & V.* Compoſitum ab Abbate Jo. Carolo de Stadel, Patritio Moguntinæ Diæceſis, Eccleſiar. Cathedralis Curienſis, & Equeſtris Wimpinenſis Canonico, & nihil inveni contra fidem, & bonos mores, imò totum Orbem brevi gyro comprehenſum, & terram univerſam paucis paginis comprehenſam, & cum delectatione, & abſque labore percurrendam. In quorum fidem. Datum Romæ in Collegio Clementino die 15. Octobris 1712.

Jo. Bernardus Pozzolus C. R. S. S. Th. Lector.

Imprimatur,

Fr. Gregorius Selleri Ord. Præd. Sac. Pal. Apoſt. Magiſter.

Sereniſsimi Domini.

SERENITATIBUS VESTRIS, *me variis Titulis obligatiſsimū agnoſco: Ser. Elect. quidem, quòd ejuſdem Conſiliarius Eccleſiaſticus exiſtam; Ser. Duc., quia ejuſdem Protectione gaudeo; Ser. Epiſc., quia in illius Cathedrali Eccleſia me Canonicum profiteor; Ser. alteri, quia ſub ejus Juriſdictione Coadjutorali natus ſum; Ut igitur ingrati animi notam effugiam, patiemini*, SERENISSIMI DOMINI, *ut; nonnullis libris, Clementi XI. PP. ac Carolo VI. Romanorum Imperatori, ac*

Digitized by Google

*Regi Catholico, cumomni reſpe-
ctu antecedenter dedicatis, &
hunc exiguum meum Librum
Geographicum, Typis Roma-
nis editum, Vobis humillimè
dedicem, parti mearum obliga-
tionum ſatisfacturus; cum eo,
me totum (: cum aliud non poſ-
ſim:) Vobis demiſſiſſimè offe-
rendo, & memet enixiſſimè com-
mendando; qui felicia, diutur-
naque Eccleſiarum, & ſubdi-
torum Regimina, & reſpectivê
nunquam intermorituram Se-
reniſſimæ Familiæ conſervatio-
nem; ſingulorumque animæ &
corporis ſalutem devotiſſimè au-
guror. Romæ* 1. *Febr.* 1713.

SERENITATUM VV.

Servus humillimus
Ioannes Carolus de Stadel.

COMPENDIUM
GEOGRAPHIÆ TERRITORIALIS
SIVE
COMPENDII
Coſmo-Geo-et-Hydrographiæ, & Chronologiæ.

LIBER IV., & V.

CAPUT I.

De Limitibus Europæ.

LIMITIBUS Europa ſic circumſcribitur. Verſus Orientem eſt Aſia; Meridiem, Africa; Occidentem America, Septentrionem, Polus Articus. Europa depingi ſolet in figura ſedentis Virginis. Ornatus capitis Luſitania eſſe po-

Digitized by Google

poteſt : Vultus, Hiſpania : pectus, Gallia : brachium ſiniſtrum, Anglia, Scotia, Hybernia: dextrum, Italia : ſub ſiniſtro ſunt Flandri ; ſub dextro eſſe poſſunt Helveti : Ad corpus pertinet Germania, Polonia, & Hungaria ; Poplites eſſe poſſunt Dania, Norwegia, & Svecia : Toga, uſque ad pedes eſt Moſcovia ; poſteriora eſſe poſſunt Europæica Turcia, & Græcia. Inſulæ in vicinis Territoriis includuntur. *Iſaacus Voſſius* in variis obſervationibus 1685. Londini impreſſis, ſtatuit in Hiſpaniis reperiri duos milliones hominum, in Francia, 5. in Italia, 2. in Anglia, Scotia, Hybernia 2. in Flandria 2. in Germania, & Hungaria 5. in Dania 400. millia ; in Svecia, & Nordwegia 600. millia. In Polonia $1\frac{1}{2}$. millio. In Europæica Turcia $5\frac{1}{2}$. millio : in Moſcovia 3. milliones ; in Africa, & America 100. milliones ; in Aſia 300. milliones, & tandem concludit in orbe terrarum non reperiri ultra 500. milliones hominum, qui omnes & ſinguli juxta ſe poſiti in

for-

forma quadrangulari non occupant milliare Germanicum.

CAPUT II.

De Luſitania.

CUm ſupra dixerim Luſitaniam in primo loco exiſtere, ſi ſcilicet velimus conſiderare Europam in forma ſedentis Virginis, neceſſario hìc de Luſitania, ſeu Portugallio incipiendum; & primariis ejuſdem rebus in compendio dicendum erit.

Germanis Luſitania eſt verſus Occidentem, eſt primum, prout hìc concipimus, ſeu ut alii volunt ultimum Europæ Regnum: Ad ſiniſtram Atlantico; ad dextram eſt Hiſpanicis Provinciis circumdatum. Territorium ſat montoſum eſt, nec frumentis abundat: Multi incolarum mercaturam exercent, ſunt omnes Catholici; Gubernatur ab uno Rege. Alias Regnum in 5. dividitur Provincias, Extremaduram, Tranſtaga-

nam, Beiram, Interamnenſem, Tranſmontanam. In Extremadura eminet Ulyſſipo ad Tagum, Regis Reſidentia; Setubalia, Irenepolis, Leiria, Almerinum, Alicubarotta.

In Provincia Tranſtagana, Ebora, Helvæ, Oliventia, Portus Alacris, Pax Julia, Ulricum, Vitioſa.

In Provincia Beira: Conimbria, Viſeum, Lameca, Guarda, Salvaterra, Caſtellum album.

In Provincia Interamnenſi: Bracara, Pontus Cale, Vimarinum. In Provincia Tranſmontana: Miranda Durii, Bragantia, Villa regalis. In Algarbia, Tavila, Sylva, Pharus, Caput S. Vincentii ſunt. Habent & Luſitani in Africa Maſaganum in Regno Marocchio, Loandam S. Pauli in Regno Angolæ; Moſambicenſem Civitatem in partibus Zanguebariis; Inſulas Maderam, Capitis Viridis, & alias.

In Aſia, poſſident Goam in partibus Cuncanis: Dium, fortalitium in territorio Magni Mogolis; Commer-

cium

cium in Sinica Civitate Macai. In America: Braſſiliam, Inſulas Azoricas.

Aër in Regno Luſitaniæ, eſt ſuavis, ſanus, & temperatus, quia ſituatio ejuſdem habet calorem temperatum, particulariter verſus partes fluxûs maris. Territorium potiùs ſterile eſt quoad frumenta, vino abundat, & excellentibus fructibus, exempli gratiâ, malis aurantiis, malis citrinis, amygdalis, olivis; ex quibus ultimis conficitur oleum perfectiſſimum. Inſunt Regno plurimi vermes progignentes ſericum, unde ex ſerico conficiuntur ibi labores mirabiles Regno magnam utilitatem afferentes. Inibi etiam notantur apes in magna quantitate, dulciſſimum mel conſtruentes. Adſunt etiam venæ auri, argenti, plumbi, ferri, ſtanni, aluminis. Inter montes, Herminius eminet, qui quovis anni tempore nive tectus, ipſa æſtate horridam oſtentat hyemem. Multis fluminibus irrigatur, unde à Strabone Regio felix dicitur, & amnibus magnis, & parvis irrigua: Qui omnes ab Oriente

pariter disjuncti à Tago ſunt, & majori ex parte navigabiles, & ſunt Apa, Tagus, Munda, Vacca, Durius, Avius, Limia, Minius. Potu Anæ, ingenitâ naturæ vi, mirum in modum grandeſcunt pecudes. *Bleau f.97.*

Poſt obitum Regis Don Sebaſtiani defuncti, vel potius perditi in Africa, anno 1578.adfuerunt varii prætendentes hujus Coronæ.Henricus Cardinalis fuit coronatus in extrema ſenectute, & obiit anno 1580.Antonius Prior de Crato eodem anno per Regni Proceres fuit electus Rex, ſed aliquibus menſibus poſt Philippum II. Regem Hiſpaniæ. Anno 1640. Joannes VI. Dux Bragantiæ Regnum Luſitaniæ obtinuit, licet ſe oppoſuerit inefficaciter Philippus IV. Rex Hiſpaniæ.

Joannes V. Rex, cum Maria Anna, Archiduciſſa Auſtriæ a. 1712. filiam habuit primogenitam. Alias de reliquo ſtatu Luſitaniæ, videatur meum Compendium Geograph. Eccleſ., impreſſum Romæ a. 1712. f.175. & f.176.

CAPUT III.

De Hiſpania.

HIſpania limitibus circumſcribitur ad Orientem per mare Mediterraneum. Ad Meridiem, per idem mare, & partes de Gibraltar: ad Occidentem per Oceanum: ad Septentrionem, per eundem Oceanum, & Montes Pyrrhenæos.

Aër in Hiſpania generaliter bonus eſt, & ſanus, ſed calidus per exceſſum, unde tellurem nimium ſiccam reddit, & ineptam ad protuberanda bona frumenta; montes inſunt plurimi, rivi, & lacus pauci. Ferax tamen patria eſt vinorum generoſiſſimorum, fructuum, & Olivarum. Reperiuntur venæ argenti, ferri, cupri, & nonnulla auri, in quibus non amplius laboratur, poſtquam detectæ fuerunt illæ in America. Abundat animalibus, ovibus, bovibus, & equis velociſſimis. Captura piſcium æſtimabilis eſt, & interdum unica captura aſcendit

ad valorem quadraginta millium ſcudatorum. Ad partes Biſcajæ capiuntur Ceti magnitudinis extraordinariæ: Biſcaja rectè Cantabria dicitur.

Fluvii principaliores in Hiſpania reputantur Hebrus, qui originem trahit è Montibus Caſtellæ veteris propè Aſturiam, penetrat Navarram, pergit per Arragoniam, & ejuſdem Capitale, & poſtquam tranſiverit Tortoſam in Catalaunia, labitur in mare Mediterraneum. Tagus pergit per Toletum, tranſit totam Caſtellam novam, & Luſitaniam. Sequuntur Durius, Anas, Bætis, Iberus, vulgo Ebro, unde olìm Hiſpania, Iberia dicta.

Dividitur Hiſpania in 15. territoria, ex quibus in medio patriæ, nova, & vetus Caſtella ſunt: verſus Occidentem Legio, Extremadura, & Vandalitia: verſus Meridiem Granata, Murcia, Valentia. Verſus Septentrionem Gallitia, Aſturia, Biſcaja: ad Orientem Navarra, Arragonia, Catalaunia. In Mari ſunt Majorca, Minorca, Yvica, Formentera.

tera. Inter mirabilia ſunt Caradingæ, ubi pavimentum, ſub quo ſepulti ducenti Monachi à Saracenis cæſi a. 848. 6. Auguſti, quâ die contigit cædes, quotannis ſanguineo ſudore madet. Muſantius ſæculo 7. Heraclius in Oriente, Sileontus in Hiſpania, Dagobertus in Francia, Judæos omnes baptizari jubent, aut exulare. SS. Leander, & Fulgentius Hiſpaniam cum Recaredo Rege Catholicæ Religioni reſtituunt.

Quia Caſtellæ novæ Regnum majus eſt cæteris Hiſpaniæ Provinciis, inde eſt, quod à Geographis modernis utpote conſiderabilius primo loco ponatur; antiquitùs vocabatur Regnum Toletanum, ſeu Caſtellæ ſimpliciter. Victoria condita fuit à Leovigildo an. 680.

Aëre gaudet perfectiſſimo, ſed aqua deficit in hoc Regno, & rarò pluit. Fertilitas vallium (quas valles percurrunt aliqui rivi) ſuccurrit ſterilitati quorundam locorum ſiccorum, montoſorum, ac minus fertilium. Dicti valles progignunt optima frumenta, vina, fru-

ctus,

ctus, crocum, & repelluntur inibi plurima animalia. Adſunt etiam quædam fodinæ Salis. Madritum, ſeu Mantua Carpentanorum, Regis reſidentia eſt; Toletum, Archi-Epiſcopalis Sedes; Complutum, Univerſitas; Eſcuriale, Sepulchrum Regum; Concha, Epiſcopalis locus; Calatrava Equitum dicti Ordinis. Arantuez, & Buonretiro delitiæ Regum; Caſtiliam, & Andaluſiam ſeperant Montana Leſæ.

Apellatur aliud Regnum Caſtella Vetus, ſeu antiqua, quia primum fuit, quod Catholici è manibus, & poteſtate Maurorum, ſeu Ætiopum eripuerint; & etiam ad diſtinctionem Caſtiliæ, ſeu Caſtellæ novæ.

Aëre non adeo ſalubri gaudet Caſtella Vetus, ſicut nova; Territorium non adeo multi vini, & frumenti ferax eſt, nihilominus in aliquibus partibus terra progignit ibi vinum generoſiſſimum. Pratis, & animalibus abundat iſta Patria, & particulariter Segovienſis, ovibus, quorum lana optima eſt pro

con-

conficiendis pannis nominatiſſimis.

Capitale hujus Regni eſt Burgum, Sede gaudens Archi-Epiſcopali; Civitas eſt magna, & Mercatoribus abundans, ſed ædes non ſunt adeo benè ædificatæ, nec plateæ adeo latæ: & extra Urbem reperitur Abbatia de las Huelgas, in qua reperiuntur quotidie 150. Moniales, omnes filiæ Principum, aut Primatum. Abbatiſſima Domina eſt Septendecim aliorum Conventuum, 14. Villarum, 50. terrarum, ubi illa eligit Magiſtratus, Gubernantes, & Præſidentes. Adeſt hic Hoſpitale Regium Peregrinorum, habens circiter redditus annuos librarum 80000. Reliquæ Civitates principaliores ſunt Valliſoletum, Seguntia, Abula, Segovia, Oxama, Calaguria, Lerma, Medina cœli.

Aër in Legionis Regno, ſeu Provincia admodùm eſt temperatus, vino plus quam frumentó abundat. Prope Salamancam aquæ Scaturiginem habent calidam, quæ aquæ remedium adferunt ſcabioſis, & ſimilibus malis infectis.

No-

Notantur hic Civitates Aſturiæ, Zamoræ, Tauri, Civitatis Roderici, Palentiæ, Ledeſnæ.

Civitas hujus Regni principalis Legio eſt, Sedes Epiſcopalis, & Suffraganea Archi-Epiſcopi Compoſtellani. Cathedralis pulcherrima totius Hiſpaniæ eſſe creditur. Salamanca, Univerſitatem ſtudiorum habet florentiſſimam, in qua etiam Urbe Epiſcopus reſidet.

In Extremadura, ſeu Bethuria, Pax Auguſta eſt, vulgo Badajoz, fortalitium limitiale verſus Luſitaniam; adeſt etiam in eodem Regno Alcantara, famoſa Civitas Equitum S. Jacobi. Reperitur & Emerita, Placentia, Cauria, Madrigallexum, Albuquercum, Monaſterium, S. Juſti, in quo obiit Carolus V. ann. 1558.

Aër in Galitiæ Regno eſt quidem temperatus, ſed humidus, & non adeo ſanus, ob mare vicinum, & varias aquarum calidarum ſcaturigines, quæ inibi reperiuntur. Territorium potius montoſum eſt, nec adeo ferax frumenti, &

Oli-

Olivarum; potiùs vini generoſi, & præ-
tioſiſſimi. Adſunt fodinæ auri, cupri, & plumbi. Abundat hoc Regnum animalibus majoribus, & minoribus, ſpecialiter equis, & mulis velociſſimis. Reperiuntur & piſces, Salmones, Ceti, & alii varii generis in maxima quantitate.

Capitalis, ſeu principalis Civitas Galitiæ eſt Compoſtella, nominata impropriè à Peregrinis, Urbs S. Jacobi, cujus corpus in Eccleſia ejuſdem nominis ibidem quieſcit. Illa Civitas ſitum habet inter duos rivos Ullam, & Tambrem; ann. 882. ædificari cœpta. Adeſt ibi Sedes Archi-Epiſcopalis. V. Meum Compend. Geogr. Eccl. f. 168. Notantur in hoc Regno Caronium, Bajona, Vigum, Promontorium Artabrum, Lucus, Auria, Tuda, Mindonia, Civitates notabiles.

Aër potius ſalubris eſt in Aſturia; ſed territorium montoſum eſt, & non adeo habitatum; nihilominus ferax eſt vini, & frumenti, nec deſunt venæ, vel fodinæ auri, & metallorum: equis velocibus abundat. Aſtu-

Aſturicæ principalis Civitas eſt, Ovetum, Sedes Epiſcopalis, & Univerſitas ſtudiorum ibi eſt, notatur etiam hìc Julianopolis, & Villa vitioſa; Coronæ hæres, àb hoc Statu nomen aſſumit Principis.

Aër eſt admodum temperatus ob plurimos altos montes, qui ibi reperiuntur. Territorium eſt inæquale, & ſaxoſum, nec vini, aut frumenti ferax, potiùs quorundam fructuum ſylveſtrium. Hæc Provincia nulla re magis abundat, quam venis ferri, ex cujus commerciis ut plurimùm habitatores vivunt; tranſportando etiam ad alias Europæ partes, arma, clavos, ferramenta, & ſimilia.

Flaviobriga, vulgo *Bilbao* ad Nervium creditur eſſe Capitalis, ſeu Civitas, principalis totius Biſcajæ; notantur & Portus Andreopolis, Paſſagii, & Laredi: Fortalitia Sebaſtianopolis, & fontis rapidì, Civitates Ognati, Victoriæ, Lucronii, Toloſæ, & Fuentarabiæ ad Vidaſſum. Prope hunc fluvium reperitur Inſula Phaſianorum, quæ nec Gallo-

lorum, nec Hiſpanorum dominium agnoſcit, & in hac Inſula pax Pyrrhenæica inter Carolum II. Catholicum, & Ludovicum XIV. Galliarum Regem a.1659. concluſa fuit, ubi Rex Chriſtianiſſimus ejuſque conjux, pro ſe, & ſuis renuntiarunt omni juri ad Hiſpaniam; accipiendo pro dote magnam quantitatem pecuniç,ſeuUrbem Quercetanam, aliaſque Urbes in Flandria; Hæc Provincia antiquitùs dicta fuit Cantabria, unde & Contiguum mare, Oceanus Cantabricus; in hac Provincia natus eſt S. Ignatius Loyola, S. I. fund.

Aër eſt temperatior in ſuperiore & inferiore Navarra, quam in quavis alia Provincia Hiſpaniæ; potius pratis, quam vino, & frumento patria abundat, reperiuntur ibi multi cervi, apri, & alia animalia ad venationis oblectamentum facientia; Pampelona, Sedes Epiſcopalis caput Regni eſt, ad Argam ſituatum eſt duplex fortalitium, cum ipſa Urbis propugnacula, & mœnia benè munita exiſtant; ædificata à Bamba Rege a.674.

V. meum

V.meum Comp. Geog. Eccl.f. 168.Dux Medina Cœli a.1710. hìc in carcere vitam cum morte commutavit. Tafala, olim reſidentia erat Regum,& *Viana* Titulus Coronæ hæredis.Prope Burgetum, ſunt altiſſimi Roncevallenſes Pyrrhenæici montes, in quibus Rolandus Caroli M. Generalis ſiti extinctus eſt.

Arragoniæ Aër Saluberrimus, & territorium ſicciſſimum eſt, montoſum, & nitroſum in pluribus partibus; Valles feraces ſunt vini, & frumenti. Civitas Principalis eſt ad Iberum Cœſar Auguſta nuncupata, quæ ſedes eſt Archi-Epiſcopalis. Adeſt Hoſpitale locupletiſſimum, & ut aliqui dicunt etiam ditiſſimum in tota Chriſtianitate. Univerſitas ſtudiorum nulli alteri in Hiſpania cedit. V. *Meum Comp. Geogr. Eccl.f.*171. Celebriores civitates ibi ſunt Taraſona; Oſca, Jaca, Barbaſtrum, Epiſcopales; notantur & Terula, & Albaricina. Pataciniæ prope Taragoſam natus Michaël Molinos, cujus errores damnati.

Aër in Catalauniæ eſt admodum ſa-

ſalubris; territorium autem inæquale, & montoſum, producit abundanter frumenta, vina, olea, lina, & fructus; nec non ligna pro ædificiis parandis apta; Sacchari illa patria ferax non eſt, ſicut aliæ partes Hiſpaniæ; nihilominus *Cardanus* aſſeverat creſcere inibi herbam Scorzoneram nuncupatam, alexipharmacam, & utilem in affectibus oculorum. Non deſunt venæ auri, argenti, ferri, alumnis, vitrioli, & ſalis; reperiuntur in abundantia Ametiſti, Criſtalli, Alabaſtri, Oniges, Coralli, Jaſpides, in illis montibus verſus partes Orientales.

Civitas principalis Catalauniæ eſt Barcinona, ſituata ad mare inter Monteluyc, & rivum Betulam nuncupatum; habet Sedem Epiſcopalem; panni, & variarum rerum commercia florent in illa Urbe; plateæ ſunt pulchræ, & in iis petræ latæ munditiam ſeſe ipſis, & Urbi conciliantes, dummodo vel minima cadat pluvia]. V. meum Comp. Geogr. Eccl. f. 171. A. 1691. à Gallis obſidione

cincta fuit, capta a. 1697. reſtituta Carolo II. vigore pacis Riſvicenſis; Carolo III. Hiſpaniarum Regi a. 1705. ſe dedit; à Gallis a. 1706. vano conatu obſidione cincta; Regina Conjux Caroli Regis Chriſtina Eliſabetha 1708. ibi ſolemniter ingreſſa ex Duciſſis Saxoniæ Wolffenbüttel; ad pręſens Catalauniam, in abſentia Imperatorii, & Regii Conjugis moderatur. Principaliora Catalauniæ loca ſunt Tarracona, Rhoda, Gerunda, Palamos, Ilerida, Dertoſa, Cartona, Celſona, Vicus, Cerritonia; Promontorium Crucis, apud Veteres Aphrodiſium ubi an. 1660. limites limites inter Hiſpaniam, & Franciam conſtituti fuerunt ductâ rectâ lineâ per montes Pyrrhenæos. Roſſilio Comitatus erat Catalauniæ.

Aër Regni Valentiæ ſalubris eſt, & temperatus; patria ferax eſt riſi, vini, olivarum, Sacchari, lini, & cujuſcunque generis arborum fructiferarum, exempli gratiâ, malorum punicorum, malorum citrinorum. Abundat venis

argenti, & ferri, alabaſtri, aluminis; in concluſione jucundiſſima audit Provincia Hiſpaniæ, excepto, quod frumenta, & animalia non adſint; piſces vero plurimi; non deficiunt tamen montes, & partes etiam ſteriles.

Civitas principalis, ſeu Capitalis Regni eſt Valentia, ſituata ad rivum Quadalabiar, non adeo procul à mari. Civitas eſt mercatoribus plena, & commerciis dedita; ſed ejus plateæ ſunt admodum lutoſæ in hyeme, & pulveroſæ in æſtate, quia pavimentum non adeo bonum eſt. Adeſt in illa Civitate Univerſitas ſtudiorum, & Sedes Archi-Epiſcopalis, V. Meum Comp. Geogr.Eccl. f.170. Reliqua principaliora ſunt Alone, Oriola, Gandia, Denia.

Aër ſalubri gaudet Murcia, ſeu Mauritania, ſed territorium eſt Montoſum, nec ferax frumenti aut vini; nihilominus abundat fructibus, malis citrinis, malis aurantiis, olivis, amygdalis, leguminibus. Magna inibi reperitur quantitas ſacchari, & melis; notabilia

ſunt commercia ſerici in illis partibus. Plures habet colles aluminis, ametiſti, & rerum ſimilium. Murcia, Civitas principalis Regni eſt, ibi reſidet Epiſcopus Carthagenæ, utraque Dignitate conſpicuus, Portus ibi eſt ad Mare Mediterraneum nobiliſſimus, vocaturque viridarium totius Regni Hiſpaniarum. Promontorium Saturni famoſa præmontana conſtituit.

Aër temperatus habetur in Granatæ ſeu Bethicæ Regno, nec adeo montoſum, aut ſiccum eſt, unde fertilius, quam quædam aliæ partes Hiſpaniæ; abundat commerciis ſerici, mele, uris optimis; plurimæ petræ pretioſæ in hoc Regno reperiuntur; adſunt & varii generis animalia. Concludendo, Ætiopes æſtimaverunt Granatam, eſſe Paradiſum terreſtrem, ob abundantiam rerum meliorum. Principalis Civitas Granata eſt; ſecundariæ, Malacca, Almeria, Quadiccia; Promontorium Charidemum, nota præmontana conſtituit.

Aër in Andalutia ſalubris, & tempe-

pe-

peratus eſt in hyeme, ſed calidus per exceſſum in æſtate. Territorium habet fertiliſſimum totius Hiſpaniæ, & progenerat in incredibili abundantiâ, frumenta, vina, olea, & fructus. Prope Hiſpalim videntur integræ quaſi ſylvæ olivarum, & creditur quod ad minus omni anno 60000. vaſa olei ibi colligantur. In pluribus partibus conſpiciuntur pulcherrima prata, in quibus nutriuntur plurima animalia parva, & magna; reperiuntur etiam ibi plurimi equi albi, ordinariè nuncupati, *Genets d'Eſpagne*. Venatio optima eſt. Apes, mel dulciſſimum conſtruentes, & vermes ſericum facientes in maxima quantitate ibi obſervantur: notantur etiam plurimæ cannæ, ſeu arbuſcula ſacchari feracia. Nec deſunt venæ auri, argenti, plumbi, argenti vivi, antimonii. Sal pulcherrimum ibi in magna quantitate conficitur. Piſces ſicci in tonnis, ſeu vaſis, tranſportabiles ſoli Duci Medinæ Sidoniæ annuum fructum ferunt ſcudatorũ 100000. dicti piſces, & ſal, tranſportantur per

mare in Italiam, Angliam, & alias Europæ partes. Solus defectus illius Provinciæ conſiſtit in paucitate rivorum, & nimia ſiccitate quarundam partium admodùm montoſarum; & quod in aliquibus locis nec cibus, nec potus, etiam pro paratis pecuniis emibilis reperiatur; & quod æſtate præſertim reperiantur multi itinerantes ſiti extincti, & mortui in viis.

Civitas principalis Andalutiæ Sevilla audit ad Quadalquivir, quæ eſt ditiſſima,& nobiliſſima Civitas totius Hiſpaniæ. Regem Hiſpaniarum fructus annuos ibi percipere dicitur ſcudatorum 500000. Divitiæ totius Americæ omnes hìc confluunt, qui annuè aſcendere dicuntur ad triginta milliones: Unde rectè dici in communi Hiſpanico proverbio poteſt. *Qui en non ha viſto Sevilla, non hà viſto Maravillo*. V. *Robbè* in Geog. n. *6*. *Sevilla*, latinè Hiſpalis dicitur, *Calepinus* L. H. V. Meum Comp. Geogr. Eccl. *f. 169*. Metropolitana erigitur a. 1401.

Civitas Cordubenſis tempore

Ætio-

Æthiopum fuit Andalutiæ Civitàs principalis.

Portus Gaditanus vulgo Cadix, Situatus eſt in quadam Inſula hujus nominis, aliàs famoſa fuit ob Columnas Herculeas, quæ ibi adhuc ſunt, cum antiqui crediderint, ibi orbis finem eſſe. Hodiè portus exiſtit ſatis nominatus.

Partes Gibraltariæ nomen ſumpſerunt à certis montibus nominatis Tarix, inſigni Capitaneo Maurorum, ſeu Æthiopum, qui ibi primitùs caſtra metatus eſt, & moratus per aliquod tempus, unde nuncupatus fuit locus Gibal-Tarix in lingua Æthiopica, ſeu in linqua latina montes de Tarix. V. *Robbè*. A. 1704. ab Anglo-Hollandis captus eſt hic locus. Hìc pertinet Fanum S. Luciferi clavis ad Hiſpalim, Algezira, Tariffa, Xera, Arcus Aſſidionia, Orſuna, Aymontium, Biatia, Giennum, Ubeda, ubi a. 1212. Chriſtiani 200000. Barbarorum trucidarunt.

Inſulæ Hiſpaniæ ab antiquis nuncupabantur Baleares, & Regna vocata

fuerunt, ſolùm ſunt tres, ſituatæ ad Orientem Regni Valentiæ, abundant frumentis, vino, fructibus, lignis: optimæ lanæ, & panni in illis Inſulis reperiuntur, quæ ad alias Europæ partes tranſportantur. Pulcherrima ibi ſunt prata, & oliveta, multa animalia, non tamen venenata.

Inſula Majorica maxima eſt, in longitudine poteſt habere 10. milliaria Germanica, ſeu leucas Gallicas viginti, aut milliaria Italica 60. in latitudine vero octo milliaria Germanica, ſeu 16. leucas Gallicas, & 25. milliaria Germanica in circuitu, ſeu 50. leucas Gallicas, aut 150. milliaria Italica. Inſula dives opum eſt, habet ſedem Epiſcopalem, adeſt & Pro-Rex, qui jura dicit aliis omnibus Inſulis Hiſpaniarum. Ad ejus Occidentem occurrit Inſula Dragonera, & ad Meridiem Cabrera, quam aliqui accipiunt pro Ophiuſa Græcorum.

Inſula Minorca, eſt ad Orientem Majoricæ, Civitas principalis eſt Citadella, & Portus Mahon.

In-

Inſula Juica ſeptem milliaribus Germanicis, ſeu 14. leucis Gallicis diſtat à Regno Valentiæ. Abundat frumentis, vinis, fructibus, & ſale.

Inſula parva Fromentera, quæ eſt ad meridiem Inſulæ Juicæ, ſcatet venenatis animalibus, ac proinde inhabitata dicitur; cum è contrario nulla venenata animalia ſint in Inſula Yvica, nec ſerpentes, uti & Melitæ. Credo, quod Fromentera, ſit vera Ophiuſa Græcorum.

CAPU IV.

De Gallia.

SItus Galliæ, temperatioris *Zonæ* eſt, & ejus extenſio, longitudo, vel latitudo ad ſummum poteſt eſſe nonaginta milliarium Germanicorum, ſeu 180. Leucarum Gallicarum ab Oriente, ad Occidentem. Limites ejus ſunt ad Septentrionem Canalis Angliæ, & Flandria: ad Orientem, Germania, Helvetia, Sabaudia, & Pedemontanæ partes;

qua-

quarum Alpes ſeparant Galliam: ad Meridiem, mare mediterraneum, & Montes Pyrrhenæi ſeparantes Franciam ab Hiſpaniis: ad Occidentem eſt Oceanus.

Aër Galliæ, dulcis, & Salubris eſt; territorium ferax eſt frumenti, vini, & fructuum. Prata non deſunt, nec ſylvæ, nec aquæ calidæ, & minerales; adſunt, & piſces, animalia Sylvatica, & domeſtica, & volatilia, & alia neceſſaria ad conditionem humanæ vitæ.

Principaliora flumina Galliæ, quatuor recenſentur, videlicet Rhodanus, qui ſuam Scaturiginem habet è monte S.Gottardi, altiſſimo in Helvetia, in dioeceſi Curienſi, penetrans lacum Genevenſem, & intrans Galliam: alter fluvius eſt Garona: tertius, Sequana: Quartus, Liguris; qui tres poſteriores fluvii ſcaturiunt in ipſo Regno Galliæ.

Tempore Ludovici Regis XIII. Galliæ anno 1614. in majori Congregatione Regnum diviſum fuit in 12. Regimina, videlicet Picardiam, Normandiam,

diam, Campaniam, Brittaniam minorem, Aurelianum, Burgundiam, Lugdunum, Languedocium, Provinciā, Delphinatum, Inſulas. Quæ tamen regimina poſtmodum nonnihil multiplicata fuerunt, ob varias acquiſitiones factas ſucceſſu temporis. Judæi ex Gallia expelluntur primum 1253. tandem 1295. uti & Calviniſtæ ſeu Hugonotti ſub Ludov. XIV.

Pariſienſis Civitas honorem habet, & primum locum Capitalis, ſeu principalioris Civitatis Galliæ, ſituata eſt Urbs ad Sequanam, pulchra, populata, & dives eſt. In ea Pettus Anglus in Bibliotheca Univerſali numeravit domus 23223. & in iiſdem perſonas 487680. ſed Londini inveniri 696000.

Regimen Picardiæ comprehendit Picardiam, & Arteſiam. Picardia dividitur in 7. Provincias parvas ſecundum Ordinem ſitus earundem. *Ambianum* ad Somonam, eſt Civitas Præcipua. Civitates Secundariæ ſunt Abbavilla, Bononia, Ardrerium, Caletum, Montrolium,

Qui-

Quina, Fanum S. Quintini, Picquinacum, Guiſa, Peronna, Contiacum, Vervinium, Creſſiacum famoſum, ob victoriam Anglorum contra Gallos an. 1346.

Arteſiæ Comitatus; eſt una Provincia ex decem Provinciis Flandriæ Catholicis, facientis partem Regiminis Generalis Picardiæ, per longum temporis ſpatium Theatrum exſtitit belli Gallico-Hiſpanici, donec vigore tractatus pacis Noviomagenſis per ceſſionem Hiſpanorum Coronæ Gallicæ incorporata fuit. In Arteſia pluviæ mixta cecidit lana a. 367. *Hieron. Atrebatum* Scarpa Civitas principalis Arteſiæ eſt, ubi reſidet Epiſcopus proprius; S. Audomari ad Aam, fortalitium egregium eſt.

Aria ad Velulam prope Lyſam remanſit in poteſtate Regis Hiſpaniæ vigore tractatus pacis de anno 1659. ſed capta à milite Gallico anno 1676. & per ceſſionem Hiſpanorum factam in tractatu pacis Noviomagenſi remanſit in poteſtate eorundem Gallorum, donec anno 1710. armis confæderatis ſuperata iterum

rum fuerit : quæ ſors eodem anno etiam accidit Bethuniæ. Secundariæ Civitates ſunt Fanum S.Venantii, & S.Pauli, Papalma, Hedinum, Lentium, Lilerium.

Provincia Normanniæ olim à ſuis propriis principibus regebatur, qui etiam bella geſſerunt contra Regem, Franciæ, Angliæ, & alios Principes.

Neüſtria Occidentalis aliàs nominata fuit,nomen autemNormmandię accepit à Populi ſeptentrionalibus, qui inceperunt illic habitare, nomine ab iis accepto vocabulis, *Nord.* & *Man.* quæ in linqua Germanica ſignificant hominem ſeptentrionalem.

Territorii fertilitas exinde elucet, quòd abundet fœno, frumento, lignis, fructibus, & piſcibus; multæ venæ ferri ibi reperiuntur, ſed paucæ vineæ, quia ibi bibitur ut plurimum cerevitia. Rivi principaliores ſunt ultra Sequanam, Eura, & Rilla.

Regimen dividitur in Superiorem, & inferiorem Normanniam;comprehendendo, Rothomagum, Portum Gratiæ,

Ca-

Cadomum, Deppam, Abrincas, Conſtantiam, Carobutgum, Ogigiam, Bajocas, Eboricas, Sagium, Laxovium, Alenconium, Albam malam, Bellomontium, Longam villam.

Civitas principalis Normanniæ eſt Rotomagum ad Sequanam, celebris eſt illa Urbs ob plurima commercia variarum rerum, nec non propter fluxûm, & refluxum maris. V. Meum Comp. Geogr. Eccl. f. 140. Hic S. Romanus Archi-Epiſcopus, Draconem agro Rothomagenſi infeſtum, ſtolâ inrectâ in Urbem traxit, populo ſpectante cremandum. *Muſantius*.

Inſula Franciæ ſpeciali prærogativa gaudet, ob præſentiam Aulæ Regiæ, quæ in ea viget. Civitas principalis Regiminis Inſulæ Franciæ, Lutetia Pariſiorum nuncupatur. Civitas Veſſonienſis à *Ptolomæo* Auguſta Veſſonum nuncupata, in linqua Gallica, *la Ville de Soiſſons*, celebris & antiqua eſt ad Ainam in quadam planitie jucundiſſima. Clodovæus! & Wildericus I. nomen habuerunt Re-

gum

gum Vaſſonienſium. Carolus Magnus ibi anno 788. introduxit Cantum Gregorianum Româ allatum; adeſt Sedes Epiſcopalis, & Univerſitas aſſociata ad Pariſienſem; primus Suffraganeus eſt Archi-Epiſcopi Rhemenſis, & interdum conſecrat, & inungit Reges Galliarum, maximè Sede Pariſienſi vacante; unde S.Ludovicus, Philippus audax, & Ludovicus XIV. inuncti fuerunt Reges ab Epiſcopo Vaſſionenſi. Robertus Sorbona, celeberrimo Pariſiis Theologorum Collegio initium, & nomen dedit ann. 1265. loca minus principalia ſnnt Verſalia, Fons Bellaqueus, Fanum S. Dronisii, cum Abbatia, ubi Reges ſepeliuntur, Fanum S.Clodoaldi, Confluentia, Nemus Vicenarum, Marlia, Pontiſara, Belliovacum, Silvanectum, Noviodonum, Sveſſio, Laudunum, Crepiacum, Meladunum, Corbelium, Drocum, Nemoſium, Caſtellio, Curtiniacum, Montmoranciacum; loca quidem famoſa, ſed reſpectu ad Pariſios minus Principalia.

Provincia Campaniæ Comitatus ſem-

ſemper celebres habuit, quorum Comites etiam olim bella geſſerunt contra Reges Franciæ; nomen accepit Campaniæ à Campis frugiferis. Civitas Metropolis: Rhemi: ſuccedunt Meldæ, Caſtrum Theodorici, Trecæ, Catalaunum, Sedânum, Rupes Regia, Carolopolis, Retebium, Maceriæ, ager Senonenſis, & Lingonenſis.

Regimini Campaniæ etiam adjicitur Provincia *Briæ* ad Sequanam, & Marnam, cujus circuitus poteſt eſſe 10. vel 12. Leucarum in longitudine, & latitudine; in hac Provincia creſcit in quibuſdam partibus vinum generoſum, & in aliis debilius. Frumento, & pratis, ac venationibus ubique abundat.

Brittanniæ minoris Domini ad annum Chriſti 300. Reges, verſus annum 878. Comites; verſus annum 1620. Duces, & pares Franciæ nuncupati fuerunt; tandem ob matrimonium unicæ filiæ ultimi Ducis cum Carolo VIII. & poſtmodum cum Ludovico XII. Regibus Franciæ, hic Ducatus incorporatus

fuit

fuit Coronæ Gallicæ. Brittannia primitùs nuncupata fuit Amorica, & poſtmodum probabiliter à Bruto Rege nuncupata fuit Brittannia. Dividitur Brittannia in Superiorem, & inferiorem, Metropolis: Nannetes, Archi-Epiſ. Minus principalia loca ſunt, Redones, Venetiæ, Breſtia, Fanum S.Maclovii, S.Brioci, Portus Ludovici, Trecorium, Coriſopitum, Fanum S.Pauli Leonini, Dola, Uxantes, Caloneſus.

Quatuordecim, aut quindecim præfecturas ſub ſe continet Regimen Aurelianenſe, ita dictum, quia eſt principalior, & melior locus totius Provinciæ.

Tellus producit abundanter frumenta; vinum vero non adeo in magna quantitate, varia hic ſunt commercia, pulchri portus, piſces in magno numero hìc capiuntur.

Aurelianum principalis Civitas eſt hujus Provinciæ, pulchra, & plena mercatoribus, aliàs etiam titulum Regni obtinuit ejuſdem nominis; hodiè eſt

Ducatus deſtinatus ſemper ſecundogenito Franciæ.

14. Præfecturas continet hoc Regimen circa Ligerim. Loca principalia ſunt Nivernum, Biturix, Cœſarodunum, Ambaſia, Sparnonum, Camborium, Vindocinum, Carnutum Bretirniacum, Moritania, Cœnomanum, Meduana, Larallium, Andegavum, Salmurum, Flexia, Pictavium, Riſchelium, Luſignanum, Rupes ad Yonam, Tremolia, Noviliacum, Luciona, Engoliſma, Rupes Fucaldi, Rupella, Rea, Uliarus.

Duces Bugundiæ, olim erant potentes, & varia bella geſſerunt coram eorum vicinis; ultimus Burgundiæ Dux occiſus fuit prope *Nancejum* ann. 1477. & reliquit unicam filiam, quæ matrimonium poſtea injit, cum Maximiliano Archiduce Auſtriæ, mox Imperatore: Sed Ludovicus XI. Galliarum Rex conſiderando Feudum maſculinum reunivit Coronæ ſuæ. Imperator titulum habet. Territorii qualitates conſiſtunt in feraci-

cita-

citate vini, & frumenti, cum magno numero pratorum, & Sylvarum. Ducatus dividitur in novem minores partes, quarum aliquæ planitiem, aliquæ montes reſpiciunt. Civitas Principalis Burgundiæ eſt *Divionum*, caret Sede Epiſcopali; Reliqua loca conſiderabiliora ſunt Auguſtodunum, Matiſco, Cluniacum, Antiſſiodorum, Caroleſium, Burgius Breſſiæ, Trevoltium, Cabillonum, Bellicum.

Lugdunenſes partes ſunt pulcherrimæ, fructiferæ, & plenæ delitiis. Civitas principalis eſt Lugdunum, non tantum hujus partis in particulari, ſed totius Regiminis Lugdunenſis; ſitus ejuſdem Urbis eſt ad confluentiam Rhodani, & Saronæ, Civitas antiqua, pulchra, & referta eſt mercatoribus. Primi mercatorum, Scabinorum, & Procuratorum, nobiles fiunt, cum facultate tranſplantandi nobilitatem ad poſteros. Olim Lugdunum fuit Colonia Romanorum. V. Meum Com. Geogr. Eccl. f. 136. Sex Provinciæ hìc notantur,

Ager Lugdunenſis Alvernia, Ager Burbonenſis, Bellojovienſis, Farenſis, & Marchia Gallica. In Alvernia, loca Principaliora ſunt Clarmontium, & Floriopolis in Prov. Burbon. Molinum.

Antiquitùs ab aquis Aquitania nomen traxit, quia ibidem reperiuntur variæ ſcaturigines aquarum calidarum: Hiſtoria ejuſdem in hoc conſiſtit, quod Eleonora hæres hujus Provinciæ poſt repudium Ludovici JuniorisRegisGalliç matrimonium iniierit cum Henrico Rege Angliæ, cum reſtitutione Aquitaniæ, quæ loco dotis Ludovico data fuerat. Materiam præbuit belli Aquitania diuturnioris, ſiquidem bellum duravit trecentis fermè annis, donec tandem anno 1453. Galli victores expulerint Anglos.

Aër generaliter ſalubris eſt, territorium ſatis fertile, & ferax frumenti, & fructuum, exceptis partibus verſus montes Pyrrhenæos, ubi prata meliora ſunt, pabulum præbentia variis animalibus. Scaturigines, aquarum calidarum etiam hic notantur.

Bur-

Burdigali, Civitas principalis Aquitaniæ eſt, ornata Univerſitate celebri ſtudiorum; V. Meum Comp. Geogr. Eccl. f. 151.

Ad Aquitaniam pertinet Guienna, & Vaſconia ad Montes Pyrrhenæos diviſa in 15. Præfecturas. In Santonia, notantur Mediolanum Santonum, Rupes fortis, Babecillum: In Regione Petrocorienſi, Petrocorium, & Sarlatum. In P. Lemovicenſi, Lemovicum & Tutela: In Regione Cadurcorum, Divona Cadurcorum, & Mons-Albanus. In P. Rutenienſi, Ruteni & Vabræ: In Tractu Aginnenſi, Aginnum. In Tractu Lapurdenſi Vaſconiæ: Bajona, & Luiſium: In Navarra Inferiori; Fanum S. Palladii, & Grammontium: In Bearnia; Palum, Olerona, Laſcarum: In Comitatu Bigerrenſi, Tarba: In Agro Conſoranenſi, Fanum, S. Bertrandi: In Tractu Landarum, Aquæ Trabellicæ. In Vaſconia, Adura, Severopolis. In Provincia Vaſatenſi, Vaſates; in Agro Armeniacenſi, Auguſta Auſciorum, Lectora: In

Comitatu Convenenſi, Lombaria, Subola, Albretum, Condomum, Aſtaragum, Caurum.

Languedocenſis Provincia, aliàs Gallia Narbonenſis dicta, à Gothis nomen retinuit linguæ Gothorum. Phodanus ſeparat Lãguedociũ à Delphinatu, & Provincia: Lugdunum, Alvernia, Rovergnia, & Quercy tangunt Septentrionem: Vaſconia, Occidentem: Catalaunia, cum mari mediterraneo, meridiem.

Languedocum, jucundiſſima, & fertiliſſima Regni Galliæ Provincia eſt; aër eſt temperatus, & admodum ſalubris, tellus protuberat frumenta optima, fructus nobiliſſimos, vina generoſiſſima. Apes plurimæ mel, & ceram conſtruentes, & Vermes ſericei in maxima quantitate inibi reperiuntur. Croco abundat, & Medici aſſerunt in nulla Galliarum parte reperiri herbas meliores ſimplices, & aptiores ad conficienda medicamenta. Oleum, ſal, carnes animalium optimæ ſunt, & bono pretio haben-

bentur; quibus omnibus abundat utraque Lanquedocenſis Provincia. Nec deſunt Venationes; nec venæ variorum metallorum, ac petrarum pretioſarum; aquæ Salubres minerales ibi habentur; piſces plurimi; imo in fluviis, & rivis ſæpè extrahuntur arenæ aureæ, & argenteæ.

Cemmenenſes vero partes, non adeo ſteriles ſunt, ſed potius montoſæ, pratis tantùm abundant. Fluvii, & rivi ultra Rhodanum ſunt, Tarnus, Garona, Ariegus, Freſquelus, Canalis Lanquedocenſis, qui habet communicationem cum Oceano, & mari mediterraneo.

Lanquedocenſis Provincia, ſeu Gallia Narbonenſis dividitur in Superiorem, & inferiorem, una eſt verſus Occidentem, altera verſus Orientem ad Mare mediterraneum. Toloſa ad Garonam Civitas principalis eſt hujus Regiminis, antiquiſſima, & pulcherrima Urbs eſt, primitùs fuit Colonia Romanorum, poſtea Viſigothorum, tandem

Comitatus titulo, & Sede Archi-Epiſcopali donata fuit, in Civitate plurima ſunt Corpora Sanctorum, nec deſunt monumenta antiquitatis, videlicet Capitolii, Amphitheatri, Aquæductuum, templorum antiquorum, & plurium antiquitatum.

Albium ad Tarnum, Civitas Archi-Epiſcopalis eſt Albigenſium. V. Meum Compendium Geogr.Eccl.f.148. Caſtrum, Civitas Epiſcopalis eſt ſub Archi-Epiſcopo Albienſi. Apamia Civitas erecta in Epiſcopalem per Bonifacium VIII.; dividit Juſtitiam cum Rege. Narbona Civitas Archi-Epiſcopalis eſt, cujus Metropolitanus præſidet ſtatibus Lanquedocenſibus. Puy eſt maxima Civitas Lanquedocii poſt Toloſam, Epiſcopus Vellajenſis dicitur Comes, immediatè Summo Pontifici, & nulli Metropolitano ſubjectus eſt, Juſtitia communis eſt in illo loco inter Regem, & Epiſcopum. Comitatus Rouſſillonenſis comprehenditur intra Regimen Generale Lanquedocenſe, tangit Catalauniam,

& fuit

& fuit aliàs belli Gallico-Hiſpanici Sedes: Poteſt habere ille Comitatus 20., vel 25. leucas ab Oriente, ad Occidentem, & 20. à Septentrione ad Meridiem. Limites ejus ſunt ad Meridiem ſuperior Lanquedocenſis Provincia; ad Orientem, mare Mediterraneum; ad Meridiem, & Occidentem Catalaunia. Territorium montoſum eſt, & pauci vini, paucique frumenti ferax; prata autem ibi ſunt plurima. Fluvii, ſeu rivi notabiliores ſunt *Tetus, Techus & Eglius*.

Perpinianum, Civitas principalis eſt Comitatus Rouſſilionenſis, bonum ibi adeſt fortalitium cum optimis propugnaculis, reſidet etiam ibi Epiſcopus, Suffraganeus Narbonenſi.

Mons Ludovici fortalitium novum eſt in Comitatu de Cerdagne in limitibus Rouſſilonenſibus ad pedes Montium Pyrrhenæorum, quod Ludovicus XIV. Rex Galliarum fieri curavit anno 1680. ad defendendos limites Galliæ, & ad arcendos, ſeu reprimendas invaſiones Catalaunorum, & Hiſpanorum. Notatur

tur aliâs inLanguedocenſi Provincia Superiore Comitatus Fuxenſis, Carcaſſo, Rivi, Caſtrum, Vaurum, Fanum S.Papuli: In Interiori Lanquedocenſi P.ſunt, Peucata, Bliterræ, Mons peſſulanus, Nemauſus, Belloguarda, Ponticpolis, Mirapicum, Alecta, Agatha, Lutera, Utica, Aquæ mortuæ. In Tractu Cemmenio, reperitur Gabalenſis Provincia, in qua Mimatusũ.; Ep. Civitas Suffraganea Albienſi, & Vivarienſis P. in qua Vivarium: Ducatus Joyoſæ, & in Velaunia, Anicium.

Delphinatus partem conſtituebat Veterum Allobrogum, tandem comprehenſus fuit intra Regnum Burgundiæ, quod Carolus Magnus junxit ad cœtera membra Franciæ.

Tempore Henrici IV. Imperatoris, Otto Comes Flandriæ occupavit Comitatum Burgundiæ, Beraldus, Sabaudiam; Berengarius, Provinciam; Guido Craſſus, Delphinatum, qui idem nomen huic provinciæ dederat, ob Delphinum, Comitem Viennenſem, cujus fi-

filiam in uxorem duxerat ejus filius. Origo autem Delphinatus, iſte eſt: & quod idem debeat dari primogenito Regis Galliæ: quia Humbertus Delphinus Comes Viennenſis moleſtatus ab Amadeo Duce Sabaudiæ, poſt amiſſionem liberorum, objecit eidem Duci Sabaudiæ vicinum potentem, vendendo Delphinatum Philippo de Valois Regi Franciæ, pretio centum millium florenorum auri, & conditione, ut primogenitus Franciæ titulum Delphini, & arma Delphinatûs aſſumeret: quâ conditione acceptâ, Carolus V. filius Philippi, primus fuit, qui nomen Delphini aſſumpſit anno 1350.

Territorium montoſum eſt, & in aliquibus partibus progignit vinum generoſum, & bona frumenta, ſed generaliter tantùm tellus ferax eſt ſiliginis, & hordei, ac avenæ. Multa prata hìc conſpiciuntur, & ob id varia animalia nutriuntur inibi, videlicet, oves, capræ, porci, & muli. Sylvæ, & montes pleni ſunt cervis, damis, & aliis animalibus

Syl-

Sylveſtribus; Phaſiani, perdices albi, & rubri communes hìc ſunt. Herbæ medicinales, & alexipharmacæ ad ſunt innumerabiles: nec deſunt venæ ferri, aut aliorum Metallorum. Res magna admiratione digna eſt, fons de *Vis* prope Gratianopolim, ubi quotidiè aqua bulliens conſpicitur, & tamen nunquam calida invenitur. V. *Robbæus* hìc.

Civitas principalis Delphinatûs eſt Gratianopolis ad Iſeram, nomen trahendo ab Imperatore Gratiano, V. Meum Comp. Geogr. Eccl. f. 159. Humbertus Secund. Delphinus Viennæ Dominicanis 1349.; & Joannes Rex Armeniæ Minoribus nomen dat 1312. Ultra Gratianopolim florent in Delphinatu Vienna, Archi-Epiſc. Civ. Valentia, Ep. & Univ. Ebrodunum Archi-Ep. Vabincum, Ep. Brigantium, Auguſta Tricaſtinorum.

Ad ſeptentrionem ſuperioris Provinciæ aër frigidus eſt, ſicut & in Delphinatu ob multitudinem montium, & frequentiam nivium; frumenta ibi ſatis colliguntur, ſed parum vini, & fructuum;

pra-

prata plurima ibi videntur, quæ pabulum præbent variis animalibus: In Inferiori Provincia, aër eſt ſalubris, & interdum calidus per exceſſum; glacies vix ibi videtur, hyems ferè nulla notatur, pluviæ raræ, ſed grandines, & tonitrua ſunt frequentiora; venti magnam in illis partibus exercent tyrannidem, tollendo in altum homines, & animalia, & transferendo ea per plures paſſus in alia loca; territorium hujus Provinciæ inferioris fertiliſſimum eſt, & abundat frumento, vino, & fructibus.

Ad Arcum fluvium ſituatæ ſunt Aquæ Sextiæ, nomen trahendo à Cajo Sexto Capitaneo Romano; Urbs, celebris, vetus, & Archi-Epiſcopalis. Ultra Aquas Sextias florent in Provincia, Arelate, Maſſilia, Portus Telonienſis, Forojulium, Antipolis, Siſtarica, Apta, Regium, Dinia, Glandata, Vincium, Sanitia, Graſſa: Adeſt & Principatus Arauſicanus. Toloſæ rivus Sanguinis toto unius diei curriculo defluxit. 261. Genebr. Theodorico Hiſpano, Meroveo

Fran-

Franco,&Aetio cum Attila ad Arelatem confligentibus utrinque ad 180. mortalium millia cadunt una die a. 451.

CAPUT V.

De Regnis Angliæ, Scotiæ, & Hyberniæ.

§. 1. *De Regno Angliæ.*

Mirabile eſt, quod Carolus I. Rex Angliæ, carnificis manu in foro obtruncatus fuerit an. 1649. Majus Regnum eſt Anglia, quam Scotia, & Hybernia, nomen accepit ab Anglo-Saxonibus, qui ibi habitarunt: Situatum eſt ad partes Meridionales Inſularum Brittanniæ, habebit leucas gallicas in extenſione à Meridie ad Septentrionem circiter 100. & plus ab Oriente ad Occidentem.

Limites ad Septentrionem Separantes Scotiam ab Anglia ſunt fluvius Solway, Mons Cheviot, & fluvius Twe-

Twede, cujus medietas ſcaturiginem habet è Scotia, & altera Regni Separationem facit: ad Orientem alluitur mari Germanico: ad Meridiem ſeparatur à Francia per Canalem: ad Occidentem mare eſt Hyberniæ. Anglia cum Lucio, primo Regum omnium Chriſtiano, per Ariſtobolum, Eugatium, & Damianam Chriſtianis addicitur. Aër non ita ſalubris eſt ob frequentes pluvias, unde Peſtis frequentius invadit hoc Regnum, quam alias Europæ partes; alii rationem addunt ob fluxum aquarum omni quaſi Septennio partes has inundantium, & relinquentium in cavitatibus fœtorem, & corruptionem cauſantium, aëremque inficientium, quod & eſt probabile.

Tellus admodùm fertilis eſt, producens abundanter frumenta, & partes montoſæ dant ſiliginem, & avenam; vinum ibi non creſcit, ſed bibitur plerumque cereviſia, confecta ex hordeo, & Lupulis. Montes, & collus ovibus quaſi innumeris repleti ſunt, quorum ovium lana eſt admodum longa, & ſubtilis.

Nulli

Nulli in hoc Regno obſervantur Lupi, & pauci admodum Aſini, & Muli. Reperiuntur venæ Cupri, ferri, ſtanni, plumbi, carbonum terræ, & aliorum mineralium. Caro bovina, ſeu bubula, & porcina, gratioris ſaporis eſt hìc, quam in quacunque alia Europæ parte. Pauci admodùm adſunt lacus, flumina plura, quorum principaliora ſunt Tamiſus, qui Originem trahit in Comitatu Gloceſterano, alluit Oxfordium, & Londinum, poſtmodum labitur in Mare. Saxernus pertranſit Shrovesbury, Worceſter, & Gloceſter. Humberus, brachium eſt maris, in quod ſe diffundunt rivi Berwentus, Trentus, Arus, Warfus.

Angli, & Saxones, poſtquam expulerint originarios, diviſerunt Provinciam in ſeptem Regna, quorum etiam Tituli retenti fuerunt uſque ad tempora Regis Egberti, qui reduxit illa Regna ad unum ſolum tempore Imperii Caroli Magni; nomina autem illorum Regnorum erant 1. Eſſexia 2. Eaſt- Angliæ 3. Kan-

Kentium.4.Suſſexia.5.Weſtſexia.6.Northumbria. 7. Mercia. In Angliæ Regno, 52. Comitatus continentur. In veteri Regno Eſſekio reperiuntur tres Comitatus, primus ejuſdem veteris Regni nomen habet, & lambit mare: duo poſteriores Comitatus nuncupabanturMiddelſckius, & Hartfortius; in Middelſexio Comitatu ſituata eſt principalis hodiè Civitas, & hodiè Regni caput Londinum. Regnum Eaſt-Angliæ includit comitatus Suffolxium, & Nordfolxium, & Cambrigienſem; in qua ultima Civitate famoſa eſt ſtudiorum Univerſitas. RegnumVetus Kentium,nullum alium Comitatum comprehendit, quam Comitatum ejuſdem nominis, vicinus eſt Galliæ, & habet tantùm leucas ſeptem in extenſione de Calais à Doures; Cantuaria ad Sturam, ubi Sedes Archi-Epiſcopalis, Civitas principalis eſt hujus Comitatûs, ſeu Regni Veteris. Vetus Regnũ Suſſexium,duosComitatus includit; unum ejuſdem nominis; alterum Surrejum nuncupatum. Vetus Regnum

de Weſtſex ſeptem habet Comitatus, & eundo ab Oriente ad Occidentem, ad canalem inveniuntur Sourhampton, Dorcet, Devon, & Cornwal; ad Septentrionem reperiuntur Bark, Wilt, & Sommerſet: Comitatus Cornuvalenſis præcipuè fert ſtagnum Anglicum. Principatus de *Galles*, cujus dominus eſt primogenitus Regis Angliæ, olim etiam dividebatur in plura parva Regna, tempore autem Roderici magni reducta fuerunt ad ſimplicem Principatum comprehendentem nonnullos Comitatus, inter quos Flint, Dembigh, Laernarvan, l'Isle Angleſey, Merionet, Mongomery, Cardighan, Pembrock, Caermarden, Glamorgan, Brecnok, & Radnor. Vetus Regnum Northumbriæ majus eſt cœteris, continens ſex Comitatus, videlicet Yorck, Durham, Northumberland, Landcaſter, Weſtmorland, & Cumberland; priores tres ſunt ad mare Germanicum; poſteriores reſpiciunt mare Hyberniæ. Comitatus, ſeu Ducatus Yorck eſt maxima Provin-

cia

cia totius Angliæ, & eſt Titulus, & menſa Secundogeniti Regis : Civitas principalis titulum Archi-Epiſcopi obtinet, Sedeſque ejus eſt ad fluvium, ſeu rivum Ouſam. Comitatum Lancaſter famoſum reddunt hiſtoriæ, & vetera bella duarum domuum Regiarum d'Yorck, & de Lancaſter : quidam volunt trigeſies ibi conflxiſſe milites durante dicto bello prætenſivo Coronæ, & ibi occubuiſſe tres Reges Angliæ, Principem de Galles, duodecim Duces, Marchionem unum, novendecim Comites, viginti tres Barones, & plures alios conſiderabilis qualitatis; Civitas principalis eſt ejuſdem nominis ſituata ad Lonum. Regnum vetus Merciæ eſt in medio Angliæ, continendo 18. Comitatus, quorum ſeptem ſunt ad partes Orientis, eundo à Meridie ad Septentrionem, videlicet Oxford, ubi celebris univerſitas ſtudiorum, & Sedes Epiſcopalis, Kukinkam, Betford, Nordhampton, Huntington, Rutland, & Rincolne : Sex ſunt in medio, videlicet Glocaſter, Var-

wick, Leiceſter, Staffort, Derby, & Nottingham: quinque alii ſunt ad partes Occidentis, ſcilicet Montmonth, Hereford, Vorcheſter, Shrop, & Cheſter. V. *Robbè* p. 1. l. 2. c. 7.

Inſulæ dependentes ab Anglia, ſunt Inſulæ Man, & Angleſei in mari Hyberniæ, cum titulo Comitatus: Inſula Wicht in Canali prope partes de Southempton: Jarſei, & Garneſci, prope partes Normandiæ: quibus annumerantur, centum & quadraginta quinque aliæ Inſulæ Sorlinges nuncupatæ ad Occidentales partes Cornwallenſes, inter quas duodecim ſunt principaliores, in quibus omnibus reperiuntur Stanni Anglici fodinæ.

Londinum, Civitas Angliæ principalis audit, ſituata ad Tamiſam, in Provincia, ſeu Comitatu Middelſexio. In magnitudine vix cedit Civitati Pariſienſi, ſi Suburbia comprehendantur: commercia ibi florent, & reperiuntur in illa Mercatores plurimi, & divites. Hìc Rex reſidet, aut Regina; Studia omnia ſuam Uni-

Univerſitatem habent, & Epiſcopus Sedem. V. Meum Comp. Geog. Eccleſ. f.225.

Regimen Angliæ potius Ariſtocraticum eſt, quam Monarchicum, licet ſit hæreditarium, ob potentiam Parlamenti, quod interdum morte damnat Reges, ac manu Carnificis capita eorum in publico decollari jubet; prout in ſpecie factum eſt 9. Februarii anno 1649. V. Robbè l. c. n. penult.

Senatus compoſitus eſt duabus Cameris, Superiori, & inferiori: Superiori præſidet Rex, aut Regina, vocatis Proceribus Regni: in inferiori reperiuntur nobiles, Satrapæ, & alii Miniſtri. Quibus hodiè uniti ſunt Scoti, & Hyberni.

Regnum hoc Religionem Catholicam amplexatum eſt anno Dominicæ Incarnationis 162. quam & retinuit uſque ad tempora Henrici VIII. qui repudiatâ uxore legitimâ, Catharinâ, Sorore Caroli V. Imperatoris, Annam Bolenam adultero jungens conjugio errores

hæreticorum, cum plurima parte Regni amplexatus eſt, adeo ut multæ novæ opiniones, videlicet Zwinglianorum, Huſſitarum, Calviniſtarum, Lutheranorum, & Anabaptiſtarum, ſubdiviſæ in plures alias ſectas differentes ibi viguerint, cum omnimoda (ut illi aſſerunt) conſcientiæ libertate; quæ confuſio ſectarum, quidem ceſſavit tempore Regiminis Mariæ, filiæ Regis legitimæ, & Catholicæ, ac devotæ; ſed cum ejus Regnum duraverit tantùm annis quinque, & menſibus quatuor, obiit enim cum univerſali dolore fidelium anno 1558. priores reaſſumpſere vires ſectarii, quorum quidem audaciam, & errores reprimere conatus eſt Jacobus II. Rex Brittanniæ, ſed bello in eundem concitato, & vocato Principe *d'Oranges*, Wilhelmo Rege poſtmodum nuncupato, objit in Galliis Jacobus II. Poſt obitum dicti Wilhelmi, ad Sceptrum vocata fuit Anna, filia Jacobi II. Regis.

Abbatia *d'Hulm* Ordinis S. Benedicti ſola remanſit in fide in illo Regno; uni-

unita eſt Epiſcopatui, ſeu Diœceſi de Norwich.

§. 2. *De Regno Scotiæ*.

Ferguſius II. Scotorum Rex, Gothis ſub Alarico ante Regnum adeptum militans, è præda Romana vetuſtiſſimos Codices, aureis argenteiſque vaſis præhabitas in Scotiam defert, eoſque in Jonæ Monaſterios locandos ordinat. *Boetius*.

Murus dividens Scotiam, à reliqua Brittannia per 80000. paſſus ab Hadriano ductus fuit. Partes ab antiquis nuncupatæ Caledonicæ, hodiè vocantur Albania, & titulum obtinent Regni jam à bis mille, & pluribus annis; *Fergus* primus ſuorum Regum incæpit regnare trecentis circiter triginta annis ante adventum Domini noſtri Jeſu Chriſti. Ab illo tempore, & ante unionem Anglicam numerati fuerunt centum, & ſeptem Reges, non obſtante interruptione annorum quadraginta, &

unius, poſt obitum Eugenii I. uſque ad Fergum II. reſtitutorem, ſeu reſtauratorem Regni Scotiæ ad annum 422.

Situatum Regnum eſt ad Nord-Angliæ, cum quo eſt contiguum, occupans partes Septentrionales Inſulæ majoris Brittanniæ, continet 72. leucas gallicas in extenſione à Meridie ad Septentrionem, & 60. ab Oriente ad Occidentem ſine comprehenſione Inſularum.

AërRegni Scotiæ ſimilis eſt illi Regni Angliæ, ſed nonnihil frigidior, & territorium non adeo ferax eſt frumenti, ſiliginis, hordei, & avenæ. Oves, & boves plurimi in hoc Regno reperiuntur, uti & animalia ſylvatica, in ſpecie lupi ferocientes, rapaces, & magnitudinis, alibi non ita reperibilis. Piſcatores hìc extrahunt maximam quantitatem piſcium, ſulmonum particulariter, & halecum. In montoſis partibus ſatis frequentibus in hoc Regno reperiuntur venæ ferri, plumbi, ſulphuris, & nonnunquam auri, & argenti; unde cum ferro, plumbo, cupro, lana, & piſcibus incolæ

com-

commercia faciunt, & magnas divitias acquirunt.

Inter fluvios, & rivos notabiliores ſunt Varſus, Twedus, Nithus, Lidus, Speyus, Decus, Donus. Varii hic videntur lacus, inter quos principaliores ſunt Edimburgenſis, & Dumbritonenſis; nec non Neſſenſis, Lomundenſis, Loſſenſis, & Louthenſis. Lacus Neſſenſis nunquam congelatur.

Fluvius Tayus dividit Scotiam in duas partes, una eſt Meridionalis, quæ aliàs nuncupabatur Regnum Pictes, altera eſt Septentrionalis, & eſt illa Scotiæ. In parte meridionali quinque Provinciæ reperiuntur, videlicet *Louthiana*, *Sterling*, *Mentheit*, *Stratharn*, & *Fiſe*. Verſus occidentem tanguntur partes Angliæ, Provincia Twedalenſis, in qua comprehenditur territorium Lauderdalenſe. Teviodalum, & Liddeſdalum limites conſtituunt Angliæ; ſequuntur poſtmodum *Exdale*, & *Eſdale*, *Anandale*, *Nitheſdale*, & *Galloway* verſus mare Hyberniæ. Ad lacum Dumbritonen-

nenſem ſunt Provinciæ *Karikæ* , *Kylæ* , *Kunigham* , *Lennox* , *Argile* , quæ ultima Provincia comprehendit territorium *Knapdalenſe* ; adjacent partes Lornenſes , & Cantirenſes ; Inſulæ Aranenſis , & Buthenſis , comprehenſis , caſtro , & Ducatu Rotſayenſi , qui Ducatus aliàs fuit menſa , & titulus Regis Scotiæ . In medio iſtarum Provinciarum , reperitur Clideſdalenſis ad Clidum , à quo flumine nomen trahit . In parte Septentrionali tredecim Provinciæ reperiuntur , quarum octo ſunt ad Orientem , lacus Lomundenſis , & Neſſenſis , videlicet Brod-Albanenſis , Atholenſis , Perthenſis , cum territoriis Stratmundenſi , & Gurenſi ; Comitatus Auguſenſis , qui Comitatus , ſeu Provinciæ ſituatæ ſunt ad tractum Tay . Ad ſeptentrionem eſt Provincia Murrayenſis , comprehendens territoria Balzenothenſe , Strathſpeyenſe , Marrenſe , Merniſenſe , Buchamenſa , & Ainzienſe , Bænenſe , & Sthratbolgyenſe , Gareotenſe , Strathylenſe , Frendrachenſe , Baluenſe , Strathdonenſe .

ſe. Ad Nort-Oüeſt iſtarum octo Provinciarum quinque alia reperiuntur eundo, à meridie ad Septentrionem; videlicet Provinciæ Lochquabeirenſis, Sutherlandenſis, Strathnavernenſis, Cathnenſis, & Roſſenſis, comprehendens territorium Ardmanochenſe, admodùm montoſum.

Ultra alias Inſulas Scotiæ, de quibus in §. Præcedenti Sermonem habui, plures aliæ reperiuntur dependentes ab eodem Regno, videlicet Hebudenſes, ſeu Hebrides, quæ ſunt ad Occidentem Scotiæ, & olim habuerunt Reges Sapientes proprios, & independentes à Regno Scotiæ; adſunt etiam Inſulæ *Orcades*, Comitatus titulo donatæ. Quidam numerant Inſulas *Hebudenſes*, ſeu *Hebrides*, ultra trecentas, ſed meliores ſunt ſex, vel ſeptem, de quibus in ſequentibus. Inſulæ Orcades triginta duæ conſpiciuntur, ſed populatiores ſunt tredecim; & major illarum Provinciarum poteſt eſſe Mainlandenſis, quæ leucas decem in longitudine, &

tres

tres in latitudine occupare poterit; habet Epiſcopum aliàs reſidentem in Civitate Kirkewallenſi. Inſulæ Schettlandicæ, poſſunt eſſe triginta, vel quadraginta; inter quas major eſt Schettlandenſis, quæ computum faciendo à meridie ad Septentrionem leucas viginti habere poterit in longitudine; & in latitudine circiter quinque, vel ſex. Nonnulli credunt, illam Inſulam fuiſſe Thullenſem veterum.

Principalis Civitas Scotiæ eſt Edimburgum, prope lacum ejuſdem nominis in Comitatu Louthianenſi; donata eſt Parlamento Juſtitiæ, olim independenti, hodiè unito cum Anglico.

Scoti amant exteros, promiſſis ſtant fideliter, ita ut etiam latronibus fidem datam obſervent; & ob eorum fidelitatem, ſicut Summus Pontifex pro ſua propria cuſtodia adhibet Helvetos, Rex Neapolis Auſtriacos, ita Reges Galliarum Scotos; quorum Scotorum fidelitatem primus recognovit Carolus VII. Rex Franciæ, ad annum circiter

1414.

1414. eos adhibendo ad excubias Palatii, & Perſonæ Regiæ, quod ſucceſſores ejuſdem uſque huc obſervarunt. Donaldus ScotorumRex à Victore I.R.P. præcones Chriſtianæ fidei petit, & accipit, ſecundum *Bet.Leslæum.* Scoti per S.Palladium ad fidem iterum adducuntur.

Regimen Scotiæ, unitum, & commune eſt, cum Anglico; habet Congregationem Eccleſiaſticorum, Nobilium, & tertii generis Procerum, Congregationem Statûs nuncupatam. Quando Rex deſiderat Congregari Status, Cancellarius id intimare facit tribus Ordinibus; nobiles eligunt perſonas octo, & totidem Eccleſiaſtici; deputati à primis præſident Comitatibus, alii Oppidis, & Villis. Imo dicta Congregatio, ſeu Aſſemblea componitur 32. perſonis, ultra Cancellarium, Theſaurarium, Secretarium Regium, & quoſdam alios officiales.

Leſſæus Author Scotus refert fidem Catholicam recepiſſe Scotiam ad annum Gratiæ 203. tempore Regis Donaldi V.

quo

quo tempore Papa Victor I. miſit illuc miſſionarios ad prædicandum Evangelium in illo Regno, qui Miſſionarii ſtrenuè laborantes ſpatio ſeptem, aut octo annorum circiter, idololatriam totaliter exſtirpari fecerunt. Hæc veritas Catholica, cum Religione Sanctè obſervata fuit in Regno Scotiæ uſque ad tempora Jacobi V. ſub quo ſecretè Sectariorum opiniones introductæ fuerunt in hoc Regno, mediantibus, ſeu Procurantibus Miniſtris Angliæ: poſt obitum Patris Jacobi V. filius ad huc infans Jacobus VI. educatus fuit inter Hetterodoxos, donec tempore Jacobi VII. aliàs II. refloruit Religio Catholica, aut ſaltem permiſſum fuerit liberum Religionis exercitium. Tempore autem Wilhelmi, & Annæ Reginæ filiæ Jacobi VII. aliàs II. plures Calviniſmum ſequuntur, Catholicis privatim divina plerumque celebrantibus.

§. 3. *De Regno Hyberniæ*.

Hæc Inſula varia accepit nomina Irlandiæ, Brittanniæ minoris, Brittanniæ Occidentalis, quia eſt ad Occidentem Brittanniæ majoris, à qua ſeparata eſt per Mare Irlandiæ. Frigida Regio eſt, nihilominus aër interdum temperatus exiſtit, & frigus ſufferibile eſt non minus, ac calor; aër oriundis pauciſſimas cauſat infirmitates, unde ad extremam ſenectutem perveniunt ſine morbis.

Territorium Irlandiæ diviſum eſt, in Lacus, Montes, & Sylvas, unde nullius vini, & pauciſſimi frumenti ferax eſt. Herbæ optimum habent ſaporem, unde in Montibus,& Pratis plurimi conſpiciuntur Boves, & oves. Sylvæ plenæ ſunt Cervis, Apris, & Lupis. Apes ita communes ſunt, ut interdum trunci arborum pleni videantur Apibus, mel hinc & inde conſtruentibus. Res magis miranda, & ſingularis eſt, quod nulla

Vi-

Vipera, aut animal venenoſum in toto Regno reperiatur. Colligitur etiam in hoc Regno magna quantitas Croci.

Senus fluvius in ſuo curſu quatuor format lacus, videlicet *Sewerum*, *Broodwaterum*, *Barrojum*, *Boynum*. Sewerus currit per Caſelum: Broodwaterus tractum facit per Liſmoram in Mammoniam: Brravius per Caſterlacum fluit in Lageniam; Boynus per Trimum tendit in Mediam. Rivus, & lacus Earnus, & Eanus exeunt è lacu Eaugio in Ultonia. Reperitur etiam alius lacus major, ſeu brachium maris nuncupatum de Bantre, in quo Salpæ in magna quantitate capiuntur, quæ poſtmodum venduntur Hiſpanis, & Luſitanis; aut portantur in alias Europæ partes.

Regnum Hyberniæ, ſeu Irlandiæ in quinque Provincias dividitur, quæ omnes olim etiam titulum Regnorum obtinebant. Ordo, ſeu ſitus Provinciarum talis eſt: Lageniæ, ſeu Leinceſter eſt ad Orientem: Ultonia, vel Ulſter eſt ad Septentrionem: Connaccia, vel

Con-

Connaught ad Occidentem : Mommonia, ſeu Mounſter ad Meridiem. Media, vel Meath eſt in medio verſus partes Orientis.

Dublinum, Civitas principalis Hyberniæ eſt in Provincia Lageniæ, olim ibi reſedit Archi-Epiſcopus, hodiè Pro-Rex ſuam reſidentiam Ordinariam facit, & tenet Conſilium Statuum. Pro Rex poteſtatem habet creandi, & deponendi Magiſtratus; puniendi reos, ignoſcendi ſeu liberandi criminoſos, non tamen reos læſæ Majeſtatis. In Provinciis ſunt Satrapæ, Præſidentes, Gubernatores, & Commiſſarii; nec non Mareſchalli, ad reprimendam inſolentiam militum, & Subditorum, ad bonum eorum regimen deputati.

Quamvis anno 1624. crudele Edictum à Parlamento Hyberniæ publicatum fuerit contra Catholicos, cum comminatione graviſſimarum pœnarum; intra tempus 40. dierum omninò è Regno diſcedendi, nihilominus multi adhuc reperiuntur in Regno Catholici.

CAPU VI.

De Flandria.

SOeculo 8. S. Wiro Belgis, S. Willibrodus Friſiis, aliiſque in utraque Germania Evangelii lumen importarunt. Flandria, aliàs vocatur Germania inferior; plures habuit Dominos temporales, tandem venit in poteſtatem Ducis Burgundiæ; qui illam poſſedit ab anno 1426. uſque ad 1478. donec Maria, filia unica Ducis Burgundiæ occiſi prope Nanceyum in matrimonium duxerit Maximilianum Archiducem Auſtriæ, qui poſtmodum fuit Imperator, & Avus Caroli V. quâ occaſione in dotem accepit Maximilianus Flandriam, & Comitatum Burgundiæ. Poſtmodum Rex Hiſpaniarum illam obtinuit, & poſſedit uſque ad annum 1581. donec contra Philippum II. partes Septentrionales rebellionem moverint, quo exorto bello, eoque ad octuaginta, & plures annos pro-

protracto, pars libertatem ſibi vindicaverit, una pars Regi Galliæ ceſſerit, & altera in poteſtatem Hiſpanorum remanſerit. Poſt obitum Caroli II. atrox denuo bellum illas partes invaſit, & belligerantes pro domo Auſtriaca varia Fortalitia, & Civitates Flandriæ Gallicæ expugnaverunt.

Flandria ſituata eſt ad Rhenum, & Scheldam. Aër hic frigidus eſt; territorium diviſum in varios fluvios, rivos, canales, & Sylvas; adeo, ut non ſit ita ferax frumenti, minus vini. Plurima ibi ſunt prata, in quibus nutrimentum bonum accipiunt, oves, Boves, & Vaccæ; unde venit, quod bona ſint Butyra, & caſei Hollandici.

Diſtinquitur Flandria in duas partes; in Meridionalem, & Septentrionalem; Meridionalis nomen habet Provinciarum Catholicarum, ſeu potiùs Flandriæ propriè; Septentrionalis nomen obtinuit Provinciarum unitarum, ſeu potius Hollandiæ. V.*Coronellus*, *Bleau*.

Generaliter autem Flandria divi-

ditur in Septendecim Provincias; quatuor Ducatus, Brabanticum, Limburgicum, Luxemburgicum, & Gelderenſem; ſeptem Comitatus, Flandriam, Arteſiam, Hannoviam, Namurcum, Hollandiam, Seelandiam, Zutphen; quinque Dominatus, Friſlandiam, Groningiam, Oberyſſel, Utrecht, ſeu Ultrajectum, Mecliniam, & in Marchionatum Antuerpienſem. Arteſia, comprehendit Atrebatum, Audomaropolim, Ariam, Fanum S.Venantii, Bethuniam, Papalmam, Hedenam, Fanum S.Pauli, Lentium, & Lilerium. Hannovia, comprehendit Valencenas, Cameracum, Bochanium, Condate Malobodium, Quercetum, Landrecium, Avennam, Bavacum, Philippopolim, Mariæburgum, Montes, Athum, Angiam, Leſſinas, Ligniacum, Lotuſam, Sognacum, Hallam. Flandria Meridionalis Catholica dicitur, quia ibi profitetur unuſquiſque Religionem Catholicam, & ad contra diſtinctionem alterius Flandriæ, recipientis opinionem Calviniſticam.

cam. Olim hæc Flandria videtur fuiſſe membrum Galliæ, quia illam poſſederunt nonnulli Feudatarii Coronæ Gallicæ, tandem redacta eſt in poteſtatem Ducum, ſeu Comitum Burgundiæ, & Regum Hiſpaniarum, maximè cum Franciſcus I. Rex Galliarum tempore Caroli V. renuntiaverit Madriti omni prætenſioni Flandricæ. Robbè in Geog. f.282. Loca Namurcenſis Comitatus, comprehendunt Namurcum, Caroloregium, Floriacum, Carolomontium. Duc. Luxemburgenſis, comprehendit Luxemburgum, Chiniacum, Baſtonacum, Fanum S. Viti, Viennam, Montem Medium, Theodonis Villam, Epoiſum, Damvillerium, Stenacum. Ducatus Limburgen. Comprehendit Limburgum captum à confœderatis an.1703. Dalemum, Falconis Montem, Vicum è regione Maſtriachy. Ducatus Geldriæ, continet Geldriam, Venlonam, Ruremundam, & Stephanoverdam.

Flandria particularis dividitur in Theutonicam, Wallonam, Imperialem,

& Hollandicam ; prima , conſtringitur Mari , & Liſa : altera , Liſa , & Schelda comprehenditur; Tertia , reperitur inter duas prædictas ; quarta , in quatuor partes dividitur , videlicet : Gandavenſem, Burgenſem , Iprenſem , & partes liberas verſus DonKerchen . Brabantia ſubdiſtinquitur in Hiſpanicam , & Hollandicam .

Bruxellæ , Civitatem conſtituunt principalem Flandriæ Catholicæ , ibi reſidet Inter-Nuntius Apoſtolicus . Gubernator Regis Hiſpaniarum cum Conſilio ſtatûs . Civitas dives , magna , & plena eſt mercatoribus .

Civitates principaliores in Flandria Catholica ſunt Mechlinia ad Dilam Archi-Epiſcopalis : Cameracenſis ad Scheldam , pariter Archi-Epiſcopalis , cum titulo Imperialis Principis: Antuerpia , & Gandavum ad Scheldam ſunt duæ Civitates Epiſcopales ſpatioſæ, Metropolitanus eſt Mechlinienſis . Antuerpia plura habet commercia , quam ſint in reliqua Flandria Catholica , & illuc

ac-

accurrunt mercatores ex omnibus partibus. Tornacum, ad eundem fluvium, Civitas eſt Epiſcopalis. Ipra ad fluvium ejuſdem nominis; Brugæ, ad ejuſdem Canalem, Civitates ſunt Epiſcopales ſitæ in Flandria Catholica Theutonica, ſub Metropolitano Mechlinienſi. Arras ad Scarpam, & S. Odomari ad Aam in Arteſia ſunt Civitates fortiſſimæ,& Epiſcopales, Suffraganeæ Mechlinienſi. Leodium (ubi 7. filii Regum olim erant Canonici). & Namurcum ad Moſam, ſunt Civitates Epiſcopales: Boſceducenſis Civitas fortiſſima eſt, ſituata ad Domelum, in Brabantia Hollandica, Maſtrichum ad Moſam ſimiliter ſitum habet in Brabantia Hollandica, Civitas fortis eſt, & fuit à Gallis expugnata an. 1673. reſtituta vero Hollandis vigore pacis Noviomagenſis anno 1678. Lovanium ad Dilam in Brabantia Hiſpanica celebrem habet Univerſitatem ſtudiorum, Oſtendam, Portum maris an. 1706. cœperunt Confœderati, uti & Menenam, Inſulas Tornacum, Duacum, Bocha-

nium, Querçetum, Athum, Montes. Bruxellis reſidet Pro-Rex Provinciæ, & Princeps de Turre, & Taxis Magiſter Generalis Poſtarum, cujus antenati deputati fuerunt Magiſtri Generales Poſtarum per Germaniam, Flandriam, & Italiam à Maximiliano I. hæreditariè. Princeps hodiernus vocatur Eugenius Alexander.

Flandria Septentrionalis, unita, ſeu confœderata, eſt illa pars Flandriæ, quæ jugum Hiſpanicum excuſſit, ob crudelitatem (ut ajebant) Ducis Albenſis, Gubernatoris Hiſpanici in illis partibus; unde hi populi unionem fecerunt ultrajecti anno 1579. ſe obligando mutuè confœderatis ſemper ſuccurrendi, ad conſervandam eorum libertatem, unde nomen Provinciarum unitarum, ſeu confœderatarum ſunt conſecuti; ſed crediderim potius Sectam Calviniſticam (quam Rex Hiſpaniarum in ſuis Dominiis tolerare noluit) hujus unionis cauſam exſtitiſſe.

Octo Provinciæ unitæ ad ſeptem po-

potiùs reducuntur, ob Comitatum Zuphen, exiſtentem in Geldriæ Ducatu. Ad mare Alemanniæ verſus Occidentem reperiuntur Comitatus Hollandiæ, & Zelandiæ: ad Septenttionem ad eundem Oceanum Dominationes Friſiæ, & Groningæ. Ad Orientem, Dominatus Oberyſſel, & Ducatus Geldriæ, & intra hos Ducatus, & Comitatus Hollandiæ, Dominatus Ultrajectenſis. Civitas principalis Flandriæ Septentrionalis eſt Ambſtelodamum, Civitas pulcherrima; & dicitur ibi, & in reliqua Hollandia plures reperiri Naves, quam in reliquis Mundi partibus. V. Hübner.

Dordrectum primum locum habet in Seſſionibus, & ibi etiam cuditur moneta. Harlem Suffraganeatus eſt Ultrajectenſis, ibi dicitur inventam fuiſſe Typographiam, auctoremque Civem Harlemenſem fuiſſe, cujus deinde famulus auffugiens Moguntiam ſe contulit una cum Characteribus, & ibi ſe primum Typographum publicari fecit; alii volunt literas ex Regno Sinarum primùm

alla-

allatas fuiſſe. Roterodamum patria fuit Eraſmi, apud nonullos principes æſtimatus. Ultrajectum, (Maſtrich) aliàs Sedes Archi-Epiſcopalis, ad Rhenum: locus fuit, ubi prima vice Confœderati ſe congregaverunt ad excutiendum Jugum Hiſpanorum. Alia loca ſunt Bergæ ad Zomam, Stenoberga, Breda, Sylva Ducis, Gravia, Narda, Muda, Monachodamum, Horna, Enchuſia, Medemblickum, Alcmaria, Egmonda, Texelia, Flevolandia, Lugdunum Batavorum, *Leyden*, Quibus accedunt Delfi, Dordracum, Gouda, Haga Comitum, *la Haye*, Riſwickum, Graveſanda, Honslardyck, Delphorum Portus, Aquæ veteres, Vœrdæ, Iſelſteinium, Viana, Vorconium, Gorichemium, Heudena, Crepicordium, Mons S.Gertrudis, Guilielmoſtadium, Noviomagus. Ubi penultima pax concluſa fuit.

Hollandi ſunt Politici, & potentes per mare, ut plurimùm Mercatores divites; in India Orientali varias acquiſiverunt Povincias; varia habet loca in In-

Inſulis Sondicis, & Moluccicis, in Partibus Malabarenſibus, Coromandelenſibus, & aliis Aſiæ, Africæ, & Americæ diſtrictibus. In Oceano Orientali habent Inſulas Zeylon, & ſunt amici Imperatoris Japoniæ.

Regimen harum Provinciarum eſt democraticum; poteſt etiam conſiderari, ut Republica, componens ſtatus Generales Provinciarum Confœderatarum. Congregationes faciunt Hagæ, in Comitatu Hollandiæ, qui locus pagi nomen tantum obtinuit, nihilominus ejus Ædes, & Palatia, ſunt melius ædificata, quam in quacunque alia famoſa Civitate. V. *Coronellus* in Atlante. Sectarii potiſſimum exercitium Religionis publicum habent. V. *Bleau*.

CAPUT VII.
De Helvetia.

HElvetia, vulgò Schwizerland, nomen aſſumpſit à Pago Schwiz, in quo initium ſumpſit eorum libertas, reſpu-

puendo dominium Auſtriacum; videndo hoc Imperator Albertus rebellionem refrœnare conatus eſt, mittendo in illas partes exercitum viginti millium hominum, qui in conflictu prope Schwiz occumbentes, in libertate confirmati, & Swizeri ſeu Helveti nuncupati fuerunt.

Aër in Helvetia ſalubris, & admodùm ſubtilis eſt; Territorium inæquale, montoſum, maximè verſus Meridiem, pauci frumenti, & nullius ferè vini ferax eſt; montes plerumque quaſi ſemper nivibus coperti ſunt, maximè verſus montem S.Gottardi.

Lacus principaliores ſunt Geneveníis, Conſtantienſis, Zellenſis, Neo-Caſtellenſis, Bielenſis, Moratenſis, Thunenſis, Brienzenſis, Lucernenſis, Zurigenſis, Zugenſis, Lucanenſis, & Rivenſis. Fluvii principaliores ſunt Rhenus, initium ſumens à tribus Scaturiginibus ad radices montis Gothardi, tandem ſe conjungentes infra Curium, & Separantes Rheinthalium à Comitatu Tyrolenſi tractum faciunt per lacum Conſtantiæ,

qua-

quatuor Civitates Sylveſtres, per Sueviam, Baſileam, & Alſatiam. Fluvius Aara Scaturiginem ſimiliter habet in illis partibus, pergens per partes Bernenſes, tandem in Rhenum influit. Rhodanus pergit per Valeſiam, Jacum, & Civitatem Geneveníem. Ruſſius tractum facit per Lacum, & Civitatem Lucernenſem, & tandem influit in Aaram. Teſinus pergit verſus Ducatum Mediolanenſem, & influit in Lacum Lucanenſem.

Helvetia dividitur in Cantones tredecim, qui totidem Reſpublicas conſtituunt. Inter dictos Cantones comprehenduntur plures alii ſtatus, & Reſpublicæ unitæ; videlicet Epiſcopatus Baſileenſis, Abbatiæ, S.Gallenſis, Einſidlenſis, Fabarienſis, Diſſentiſienſis, Murenſis, Ordinis S.Benedicti, Principatus titulo illuſtres. Urbs S. Galli conſtructa eſt a. C. 620.

Schaffhuſen ad Rhenum, Lucerna ad Ruſſium, Berna ad Aaram, Zurichum ad Lacum ejuſdem nominis, ſunt pulchræ,

chræ, ſed non adeo magnæ Civitates. Lucernæ reſidet Nuntius Apoſtolicus, Badenæ Cœſareus, Solidurni Francicus Legatus. Academiam Solidurni habent Patres Franciſcani; Lucernæ Patres Societatis; multa Monaſteria ſunt in Helvetia Capucinorum. Berna, & Friburgum cœpta a. 1180. Soliturna, Baſilea, Tigurium, Abbatis Cellæ, Glaronum, Uranium, Svitium, Sylvanium, Tugium.

Regimen Helvetiæ eſt Democraticum, principaliores ſunt Capitanei, & Magiſtratus electi à populo per deputatos cujuſcunque Cantonis. Aliqui, & numero ſeptem ſequuntur Cantones Religionem Catholicam, quatuor Reformatam nuncupàtam, & duo ſunt partim Catholici, partim reformati, qui etiam interdum bella inter ſe movent Religionis ergò prout factum a. 1712. Chriſtianam fidem amplectuntur Rhæti per Lucium M. & iterum per S. Severinum ſœculo VI. Plurium Rhætorum Oppidum, propinqui Montis ruina cum incolis oppri-

primitur 1631. Ad 7. vicos Helvetorum antiquiores pertinet Bada, Certiacum, Tribunal Cœſaris, Provinciæ liberæ, Turgovia, Tractus Sarunetum, Caſtra Rhætica, Uzenacum, Muratum Grandiſonum Urba, Schwarzenburg, Italicæ Præfecturæ, Luganenſis, Locarnenſis, Medriſiana, & Madiana, ceſſæ à Maximiliano Sfortia Duce Mediolanenſi ann. 1512. ob recuperatum Ducatum Mediolanenſem, ope Helvetorum. Præfectura Belitioni, & Vallis Bruniæ, & Rivieræ, ad duos vicos Swizii, & Sylvani pertinent. Huc referenda Urbs Curienſis, Epiſcopatus, & Principatus titulo illuſtris, cum 3. unionibus Rhæticis.

CAPUT VIII.

De Italia.

ITalia omnium Regionum pulcherrima, aëre ſalubri, & omnibus abundat; aër in Statu Eccleſiaſtico non eſt adeo bonus, nec ſalubris. Frumenta optima, & vina generoſiſſima producit, nec deſunt mala punica, Citrina, Auren-

tiæ,

tiæ, Granatæ, Olivæ, & alii fructus pulcherrimi. Regnum Neapolitanum abundat Saccharo, Croco, Nucibus, amygdalis, quæ etiam tranſportantur in Barbariam. Vermes ſericum conſtruentes innumerabiles profert, unde nobiliores in Italia, veſtibus ſericeis paſſim utuntur. Prata ſemper ſunt virentia, Sylvæ copioſæ, cum omnibus animalibus ſylvaticis, Apris, Cervis, & Bubalis, ſeu Bobus Sylveſtribus. In Montibus reperiuntur venæ metallicæ, & dicitur; quod in Statu Eccleſiaſtico, Neapolitano, & Tuſciæ reperiantur etiam venæ auri, & argenti; Alabaſtra, & Lapides pretioſi non deſunt, ut adeo verum remaneat, Italiam hortum Europæ exiſtere.

Principaliores fluvii Italiæ ſunt Padus, qui ſcaturiginem ſumit in Pedemontio, & progreditur per Ducatus Montferratenſem, & Mediolanenſem, Separantem Ducatum Parmenſem à Mediolanenſi, pergit per Ducatum Mantuanum, & Ferrarienſem, alluendo Civitates Taurinenſem, Ticinenſem, Caſalen-

lenſem, Valentianum, Placentiam, Cremonam, & Ferrariam: poſtmodum ſe exonerat in mare Uenetum.

Padum ſequitur Addicus, Vulgò *l'Adige* ſcaturit in Cœſareo Comitatu Tyrolenſi, perlabitur Diœceſim, & Civitatem Tridentinam, Statum Venetum, ſeparando eum à Patavino, Veronenſi, & Rovigenſi. *Addua* exit è Comitatu Chiavennenſi, pergendo per Lacum Comenſem, Laudenſem, influit in Padum inter Cremonam, & Placentiam. Teſinus oritur in radicibus Montis Gothardi, Cantonis Uri Helvetiæ in Diœceſi Curienſi, pergit per Lacum majorem, alluendo Ticinium, ſeu Papiam.

Arnus fluit per Civitates, Florentinam, & Piſanam, pergendo per Hetruriam, in mare labitur. Tyberis pergit per ſtatum Sabinenſem, alluendo Urbem Romanam ſe exonerat in mare. V. *Maginus*, *Bleau*.

In Italia reperiuntur Lacus Garda, & Iſeus in Satu Veneto: Lacus Celanus in Aprutio ulteriore: Anderus, Varannus,

nus, & de Leſina in Capitaneatu: Peruſinus, aliàs Treſimenus celebris ob cladem ibi illatam Romanam per Hannibalem: Lacus Bolſenæ nominatus eſt in Patrimonio D.Petri.

Italia principaliter dividitur in tres partes: Prima comprehendit Regnum Neapolitanum: altera, Statum Eccleſiaſticum, & Hetruriam; tertia, Lombardiam veterem; quæ omnes partes ſubdividuntur poſtmodum in varias alias partes, de quibus in ſequentibus.

Verè Catholica Romana Religio unicè floret in Italia, excluſis quibuſcunque hæreticis, eorumque fautoribus; & meritò cum enim ibi reſideat Chriſti Vicarius, nulla alia, quam pura, & non infecta Chriſti Religio ibi florere, aut tolerari debet.

Ab Urbe condita, Italia per ſpatium 245. fuit gubernata per Reges, quorum ultimus fuit Tarquinius Superbus, qui ob ſuas inſolentias nomen Regium in Italia ita odioſum reddidit, ut penitùs illud abolere fecerint. Tandem re-

redacta eſt in formam Reipublicæ famoſæ, quæ ſibi immortale nomen acquiſivit ob tot victorias, & altiores virtutes Conſulum, & Senatorum.

Status Reipublicæ permanſit uſque ad Julium Cœſarem, qui fuit proclamatus Imperator anno 706. qui etiam extendit Imperium in tribus aliis Mundi partibus, & reddidit tributarios ſibi plures alios Reges, mirum in modum dilatando Imperium, donec illud paulatim diminutum fuerit, & diviſum ſub Honorio, qui obiit Anno reparatæ ſalutis 423. Hoc eſt ab Urbe Condita ann. 1176.

Italia tandem venit in poteſtatem Imperatorum Conſtantinopolitanorum, qui remanendo, ſeu reſidendo in perſona Coſtantinopoli, miſerunt illuc eorum Pro-Reges, ſeu Gubernatores, ad obſervandum intereſſe, & Authoritatem Imperialem: dicti Gubernatores vulgò nuncupabantur Exarchi, & Ordinariè reſidebant Ravennæ; primus Exarchorum Longini nomen obtinuerat, miſ-

 ſus

ſus anno 568. per Juſtinum Imperatorem Juniorem; centum, & octuaginta quatuor annis duravit Exarchatus; quibus finitis, Aſtolphus Rex Lombardiæ expugnavit anno 752. Ravennam. Sed Carolus Magnus poſt Pippinum multas Civitates, Oppida, Pagos, & Provincias Summo Pontifici reſtituit. Conſtantinus autem Imperator primum jecerat fundamentum.

§. 1. *De Statu Eccleſiaſtico*.

Civitas principalis Italiæ Roma eſt ab Tyberim, ante annos 2000. fuit famoſiſſima Urbs totius Mundi clariſſima & bello, & pace; hodiè Caput eſt Religionis Catholicæ, Amphitheatrum, Coloſſæum à Cœſare Philippi inchoatur. A.C. 12. Portus Romanus ad Oſtia Tyberis à Claudio an.42.

Status Eccleſiaſticus conſiſtit in Civitatibus, Oppidis, Pagis, Terris, & Vil-

Villis dependentibus ab Eccleſia. Aër, maximè prope Romam non adeo ſalubris eſt, nihilominus tellus fert frumenta, vina, fructus, & fœnum abundanter. Imo mihi retulit P. D. Benedictus Ciaperonius, Viſitator Gen. Monachor. Reformat. S.Bernardi, Romæ quendam ſuum Amicum, ex ovis fornaci incluſis duos pullos excluſiſſe, illoſque cuidam Principiſſæ donaſſe, unde infertur aërem Romanum, Ægyptiaco, eandem virtutem habenti, & eoſdem effectus producenti, non diſſimilem eſſe. Dividitur iſte Status in duodecim minores Provincias, qui ſunt Diſtrictus Romanus, Patrimonium D. Petri, Ducatus Caſtrenſis, Urbevatanus, & Peruſinus, Umbriæ, ſeu Spoletanus Ducatus, Territorium Sabinenſe, Ducatus Urbinatenſis, Marchionatus Anconitanus, & Romaniæ, ſeu Flaminiæ: Comprehendendo etiam Civitates, & partes Bononienſes, & Ferrarienſes. Primæ tres Provinciæ ſunt ad Mare Hetruriæ, reliquæ ſunt ad Mare Mediterraneum, Venetias verſus.

In Romania ſunt Ravenna, Ariminum, Cervia. In Duc. Urbin. reperiuntur Urbinum, Piſaurum, Fanum Fortunæ. In Marchionatu Anconitano eminent Æſium, ubi Clemens XI. numiſma ſub altare majus cōdidit S.Creſcētino ſacrum, Aſculum, Firmum, Macerata, Lauretum. In Ducatu Spoletano, claret Peruſia, & Spoletum: In Sabina, Manliana, exurgit: In Campo Romano ſunt Roma, Tybur, Tuſculum, Velitræ, Oſtia, Terracina, Anagnia, Aſtura, Albanum, Neptunum. In Patrimonio D. Petri ſunt: Viterbium, Urbs Vetus, Tuſcania, Mons Faliſcus, Centumcellæ. Habet & Summus Pontifex Ducatum Caſtrenſem, & Comit. Roncilionis, Montem Altum. Quibus adjunguntur Status Beneventanus in Regno Neapolis; & Status Avenionenſis in Francia. Summus Pontifex, Caput Eccleſiæ, & Dominus Statûs Eccleſiaſtici mittit ad illas Provincias ſuos Legatos, Vicelegatos, Gubernatores, & Deputatos. Ferrariæ, Bononiæ, & Ravennæ Cardi-

na-

nales Legati reſidere ſolent, qui de triennio in triennium ordinariè mutari ſolent; ſicut & Cardinalis Legatus Urbini, qui partim ibi, partim in Piſaurenſi Civitate reſidet. Ferraria munitur à Smaragdo Exarcha a. 505. amplificatur à Vitaliano R.P. an. 657. transfertur ad Padi ripam oppoſitam an.673. Ravennæ 11. Archi-Epiſcopi à Spiritu S. in forma columbæ electi fuerunt. S. Catharina Bononienſis ſanctificata anno 1712. 22. Maii à Clemente XI. Bononiæ quieſcit. Quo tempore Illuſtriſs. D. Philippus Comes Aldrovandus Mareſcottus, Oratoris Bononien. munere, apud Sedem Apoſtolicam in 12. annum laudabiliter fungebatur.

Ancona à Syracuſanis Dionyſii Tyrannidem fugientibus conditur. Fanum Fortunæ, fuit conditum poſt Brennum à Camillo victum; Senogallia, à Gallis Senonibus, Duce Brenno. Bononia, ab Hetruſcis condita, duobus ante Romam Sœculis: Roma vero à Romulo condita a.3301. Præneſte, & Tuſculum,

à Telegono Ulyſſis f. conduntur. *Fabrettus in Apoll.* Albanum conditur ab Aſcanio Æneæ f. 3903. de his omnibus *V. Mea Geogr. Eccl.* Prope partes Sabinenſes eſt Utricolum, Malianum, Narnium; quę Urbs Narnienſis protulit Nervam Coccejum, Cæſarem ex Imperatoribus Romanis XIII. *V. Meum Compendium Chronologiæ in Vitas Imp: fol.* 10. Protulit & plures CardinalesBernardum Ærulum, & Joſephum Sacripantem, qui ultimus mirificè adornavit Chorum, & Confeſſionem Cathedralis S. Juvenalis, I. Epiſcopi, & Tutelaris Narnienſis; ibidemque erigi curavit nobilem Capellam B.LuciæNarnienſisV.6.columnis pretioſis ex Baſilica XII. Apoſtolorum Româ Narnium translatis; fieri curavit, & idem Em. Card. Sacripantes, Patritius & Protector Narnienſis, Prodatarius SS. Domini N. P. Clementis XI. Hoſpitium invalidorum, & Pauperum adoleſcentum, in mechanicis, aut artibus inſtruendorum Narnii. Adeſt ibi Seminarium; notantur & ultra 16. Canoni-

nicos reſidentes, duo adjuncti. De reliquis videatur *meum Compendium Geograph. Eccl. fol.* 29. uti & *meum Comp. Coſmographiæ, & Chronolog. Summorum Pontif. & Cardin. f.* 101.

§. 2. *De Magno Ducatu Hetruriæ.*

Magnus Ducatus Hetruriæ, olìm Regnum extitit nuncupatum Tuſciæ, quod Græci Thyrreniam dixerunt. Comprehendit Statum Florentinum, Piſanum, & Senenſem, qui aliàs omnes fuerunt Reſpublicæ, ante tempora Coſmi de Medicis, qui fuit primus M. Dux creatus à Sancto Pio Quinto Summo Pontifice.

Civitas principalis Hetruriæ eſt Florentia, Sede Archi-Epiſcopali donata, ſituata ad Arnum; Piſa ad eundem rivum ſita eſt, pariter Archi-Epiſcopali honore eminet. Sena, Civitas Archi-Epiſcopalis eſt, in qua lingua melior Italica floret, condita à Gallis Senonibus, Brenno Duce. Nec omitti poſſunt

Pi-

Piſtória, Pratum, Scarperia, Burgum S.Sepulchri, Aretium, Sena, Cortona, Pontremolum, Feſulæ, Liburnum, Campilia, Volaterra, Pientia, Mons Alcinus, Politianus, Groſſetum, Cluſium, Petilianum. Radagiſius Rex cum 200000. Gothis ad Feſulas victus fuit an. 405. Hodie deſtructæ jacent. Thomas è Com. Gerardeſcæ ad an. 1712. Archi-Ep. Florentiæ novũ Seminariũ erexit.

§. 3. *De Regno Neapolitano*.

Regnum Neapolitanum, aliàs nuncupabatur Sicilia cis Farum; non ſolum Italiæ, ſed totius Europæ pulcherrima Provincia audit; non tantum ob aërem ſaluberrimum, ſed & Territorium feraciſſimum omnium eorum, quæ ad humanam ſublevandam neceſſitatem deſiderari poſſunt. Toto anno, Ver, cum Pratis, in Campania ridere videtur. Magna quantitas Amygdalarum, & nucum Avellanarum colligitur in hoc Regno, quæ tranſportatur ad alias Europæ partes, imo ad Barbariam, ſeu Turciam.

Dividitur Regnum in duodecim Pro-

Provincias, Terram Laboris, Aprutium Superius, & Inferius, Comitatum Moliſſenſem, Capitaneatum, Principatum ultrâ, & citra, Baſilicatum, Territorium Barenſe, Partes Otranti, Calabriam Utramque. Baſilicatus, Lucania etiam dicitur. Hiſtoria Regni Neapolitani in eo conſiſtit, quod primitùs fuerit in manu Imperatorum Orientis; poſtmodum in manu Theodorici, & Totilæ, Regum Gothorum; tandem illud acquiſivit Narſes, Bellidux Imperatoris Juſtiniani; Lombardi poſtmodum illud poſſederunt per ducentos annos. Expulit Lombardos Pipinus, filius Caroli Magni; poſtmodum fuit diviſum, inter Nicephorum, Imperatorem Orientis, & Ducem Beneventanum; ſucceſſivè idem Regnum poſſederunt Suevi, Galli, Hiſpani, qui omnes Summo Pontifici in recognitionem Supremi Dominii, in Vigilia S. Petri per Legatum eorum Romæ reſidentem ſepties mille Ducatos aureos cum equo albo ſolenniter præſentare ſoliti ſunt. Alphonſus primus Arragoniæ Rex, primus

mus pariter titulum aſſumpſit Regis Neapolis. Rex Hiſpaniarum ordinariè mittit omni triennio Pro-Regem, qui ſolet eſſe Primas Hiſpaniæ, & titulum habet Locumtenentis, & Capitanei Generalis Regni, qui deputat Præſidentes, & Gubernatores in provinciis particularibus: ſimilis honor illi exhibetur, ac Regi; Duces, Marchiones, & Comites tantùm ipſi adſtare poſſunt. Provinciæ, Civitates, & loca principaliora Vid. in Mea Geogsaph. à f. 88. ad 130. Civitas principalis Regni, eſt Civitas ejuſdem nominis, Italiæ maxima, Italiæ pulcherrima, & populatiſſima, ac nobiliſſima, ob multitudinem nobilium, Baronum, Comitum, Ducum, Marchionum, & Principum ibi cum Archi-Epiſcopo loci, ordinariam reſidentiam facientium. Troja in Apulia à Bulano Græco ædificata fuit ann. 1022. Vid. Meum Comp. Geographiæ Eccleſiaſticæ f.88. *Ad Terram laboris* pertinet Neapolis, Capua, Aquinum, Fundum, Cajeta, Puteoli, Venafrum, Surrentum, Nola, Sora,

Mons

Mons Caſſinus, O. S. Benedicti. Inſula Onaria, Veſuvius. *In Provincia Citeriori*: Salernum, Amalphis, Policaſtrum.

In Provincia ulteriori: Compſa, Beneventum, Mons Fuſculus. *In Aprutio ulteriori*, Aquila, Atria, Pinna. *In Aprutio Citeriori*: Anxanum, Theate. *In Comitatu Moliſſæ*: Provincia Anxani. *In Capitanata*, obſervatur Manfredonia, Nuceria Paganorum, Mons S. Angeli. *In Barenſi* Provincia obſervatur Barium, Barulum, Andria, Converſanum, Tranum. In Provincia Hydruntina notatur Aletium, Brunduſium, Hydruntum, Gallipolis, Tarentum, Neritum. *In Baſilicata* reperitur Acheruntia. In Calabria Citeriori, Coſentia, & Roſſanum: *In Calabria ulteriori*, Cantacium, Squillaceum, Fanum S. Euphemiæ, Regium, S. Severina, Crotona.

§. 4. *De Lombardia.*

Lombardia, tertia pars Italiæ, alias

titulum habuit Regni, minus fertilis eſt, quam reliquæ duæ partes, ſpecialiter verſus Alpes, ubi territorium ſatis ſterile eſt, fertilitas ſolùm in pratis conſiſtit: quoad flumina, Rivos, & Torrentes, Lombardia, Regno Neapolitano haud cedit; cum idem ferè numerus reperiatur in hoc, quam in illa. Videatur *Maginus* in ſua Geographia Italiæ.

Lombardia, diviſa eſt in varia Dominia, quorum principaliora ſunt, Principatus Pedemontanus, Ducatus Montferratenſis, & Mediolanenſis, Status Reipublicæ Venetæ, Ducatus Mantuanus, Mutinenſis, & Parmenſis, Reſpublicæ Januenſis, & Lucenſis. Ultra ſupradictos Status reperiuntur octodecim, vel viginti alii, partim principes, Comites, & partim Marchiones. Inter quos eſt Dux Mirandolæ, Sabionettæ, Bozzoli, Guaſtallæ, Comes Nolaræ, Marchio Caſtilionis, Dux Maſſæ, Marchio Malæſpinæ, Princeps Maſſeranus, Marchio Torigliæ, Reſpublica S. Marini, in Ducatu Urbinatenſi; qui omnes dependent

dent ab eorum Principibus, Marchionibus, Comitibus, aut Rebus publicis, quorum nomina habent. Principatus Plumbinus, & Coſſæ, Status nuncupati Præſidum, exiſtunt ſub Protectione Regis Hiſpaniarum. Imperator in Lombardia poſſidet ComitatumGoritienſem, cum Trigeſto, Pedenna &c. Joſephus Hercules Ludovicus Marchio de Priè obtinet Comitatum Piſinum in Iſtria. Turris Cremonenſis à Guelphis erigitur ann. 1290. Mediolanenſe Metrop. Templum, in Gothica Architectura celeberrimum ann. 1386. Carthuſia Papienſis à Galeatio Sforza ædificantur. Mediolanum, Cremona, Placentia; Alexandria, ab Ænobarbo exciſæ, inſtaurantur ann. 1168. Soranæ Marchio in Ducatu Parmenſi declaratus Joann. Paulus Melus Lupus 1704.Princeps S.R.I.

§. 5. *De Statu Veneto*.

Venetæ Regionis Incolæ, vaſtante Galalim Ciſalpinam Attilâ, in paludes Adria-

Adriatici ſinus confugientes , Venetias fundant ann.452. Apellatur Status Venetus, extenſio illa Civitatum, & terrarum, quas poſſidet Reſpublica Veneta in Italia, conſtituentes partem Lombardiæ inferioris. Hæc Reſpublica ab anno Domini 697. gubernatur per Ducem, electum à Nobilibus, qui ad dies vitæ nomen Ducis retinet, niſi deponatur à Republica , cujus tamen non habetur memoria, aut exemplum. Dicitur, quod ob defenſionem Alexandri III., præſtitam dicto Papę à Duce SebaſtianoZiani, contra Fridericum Barbaroſſam Imperatorem, à Papa Ducis Digito immiſſum fuiſſe annulum aureum , denotando deſponſationem , & ſuperioritatem Maris; quæ etiam ſolemnitas omni anno, in Feſto Aſcenſionis Domini , adhuc celebratur, in qua Dux Navem Bucentaurum aſcendendo, inter exploſiones tormentorum , annulum aureum , ſtipatus nobilibus Venetis, in ſignum novæ deſponſationis projicit in mare.

Venetiæ, Civitatem pulcherrimam con-

conſtituunt illius Status ; honoratur Sede Patriarchali jam ab ann. 1350. à quo Patriarchatus Gradenſis huc translatus fuit, dividitur in 72. Inſulas. Dicitur, quod ob furorem Attilæ poſt devaſtatam Aquilejam nonnulli illuc ſe receperint verſus annum 421. & cœperint in Inſula Rialtenſi, & poſtmodum in Vicinis ædificare domus, quibus tandem multiplicatis, pulcherrima, & florentiſſima totius Europæ exſurrexerit Civitas, in qua tamenDuces ad annum 810.nondum habitaverunt ; ſed non adeo multum poſt illa tempora ædificata fuerunt Palatia, & pro Duce, & pro Epiſcopo. Cives ſunt ditiſſimi, adeo ut una vice quidam inhabitantes offerre potuerint millionem Ducatorum, pro acquirenda nobilitate Veneta.

Palatium Ducis, Structuræ, & ædificii mirabilis eſt ; adeſt in eo Camera quædam pluribus inſtrumentis bellicis inſtructa.

Patavium Vetus Urbs eſt, cujus meminit in Æneidis Virgilius, Patria

 fuit

fuit Titi Livii, & hodiè numeratur inter celebriores Urbes Italiæ, tam ob magnitudinem ejus, quam ob ſtudium celebre, & Univerſale ejuſdem; item, ob celebrem Epiſcopatum, quem etiam poſſidere ſolent, nati Principes, & Cardinales.

Verona, etiam pulchra, & bene munita Civitas eſt, patria Catulli, hodiè Sedes Epiſcopalis audit, Suffraganea Patriarchatui Venetiarum; uti & Patavium.

Reſpublica hæc poſſidet etiam Iſtriam, quæ eſt quaſi Semi Inſula ad Meridiem Carniolæ; dominatur etiam reliquis Inſulis in mari Veneto exiſtentibus, verſus partes Morlacciæ, & Dalmatiæ. Præeſt etiam locis ſituatis ad brachium maris Catari, cum Budua verſus partes Albaniæ: Butrinto, Perga, Inſulis Corfù, Cephaloniæ, Zante, Paxu, Antipaxu, & aliis, verſus partes Occidentales Græciæ, cum nonnullis in Archipelago, & ad præſens integra Morea.

Inſula Corfù, in longitudine habe-

re

re poterit milliaria Germanica decem, in latitudine quatuor, in toto circuitu viginti duo; Civitas illius principalis, idem nomen habet ornatâ Sede Archi-Epiſcopali.

Inſulæ Cephaloniæ, aliâs Samos, Melæniæ; aut Noiræ, ſituata ſunt intra duo brachia marina de Patras; in longitudine habere poterit quatuordecim milliaria Germanica, in latitudine octo, in toto circuitu triginta; Civitas principalis idem nomen habet, cum Dignitate Epiſcopali, ibi etiam ordinariè reſidere ſolet Gubernator, ſeu Proviſor, Nobilis Venetus.

Inſula Zante, eſt ad Meridiem ſupradictæ, medietatem tantùm vix ſuperat Inſulæ antenominatæ, nihilominus duos habet Epiſcopos, Latinum unum, Græcum alterum. Videantur Bleau, Coronel. & alii Authores.

§. 6. *De Statu Mediolanenſi.*

Ducatus Mediolanenſis hodiè de-

pendet à Rege Hiſpaniarum, conceſſus eidem in feudum ab Imperatore, ſicut & Civitas, & fortalitium Finalis. Dicto Ducatui præeſt Gubernator, cum titulo Locumtenentis, & Capitanei Generalis Regis Hiſpaniarum in Ducatu Mediolanenſi; majorem videtur habere Authoritatem, quam Pro-Rex Neapolis, aut Siciliæ, unde dici ſolet Regem Hiſpaniarum regnare in Sicilia, comite dulcedine; in Regno Neapolitano, intercedente ſubtilitate; in Ducatu Mediolanenſi, accedente Authoritate.

Mediolanum, Civitas principalis hujus ſtatûs eſt, numeratur inter maximas Civitates Europæ, ſituata eſt inter Addum, & Teſinum fluvios, unde profluunt duo Canales verſus Civitatem ad commoditatem ejuſdem; in Civitate eſt egregium fortalitium; Sœpiûs Theatrum belli exſtitit; & obſervatum eſt illam Urbem, bis, & quadrageſies fuiſſe obſeſſam, & quater & vigeſies, aut per vim, aut per pacta captam fuiſſe, includendo etiam ultimam obſidionem factam

ctam à Germanis anno 1706. Urbs ædificata fuit a. m. 4640. à Gallis Senonibus ampliata, à Friderico Barbaroſſa Sale ſuperſeminato exciſa, reſtaurata ab Alexandro III. PP. Concive, habuit & alios 2. PP. Cœleſtinum IV. & Urb. III. Senatus componitur Præſidente, & duodecim Senatoribus Doctoribus, quorum tres ordinariè ſolent eſſe ex Hiſpaniis oriundi. Iſte Status comprehendit Novaram, Papiam, Tortonam, Cremonam, Laudum, & plures non ignobiles Italiæ Civitates, & Lombardiæ nominatiſſima fortalitia. In Civitate Mediolanenſi reſidet Archi-Epiſcopus, de cujus Authoritate, & appertinentibus Vide meum Compend. Geogra. Eccleſ. confertur Archi-Epiſcopatus à Summo Pontifice nobili Concivi Mediolanenſi, debet autem talis petitio fieri ſolemniter per Legatum deputatum à Civitate, uti factum eſt ann. 1712. vacante illâ Infulâ per obitum Joſephi Archinti. Ad Statum pertinent etiam, Comum, Bobbium, Vigevanum, Archi-

Epiſc. omnia beneficia confert Mediolani.

§. 7. *De Principatu Pedemontano, & Ducatu Montferratenſi in parte.*

Principatus Pedemontanus eſt in Dominio Ducis Sabaudiæ, qui reſidet in Civitate Taurinenſi, principali hujus Statûs. Hic Princeps poſſidet partem Ducatus Montferratenſis. Civitas Taurinenſis principalis Statûs Pedemontani eſt, in qua Aula pulcherrima, Archi-Epiſcopatus, Univerſitas Studiorum, & propugnacula famoſa defenſa egregiè in ultima Gallica obſidione ann. 1706. per Generalem de Thaun, Alemannum, qui poſtmodum fuit Pro-Rex Neapolis. Civitas Trinenſis, Caput eſt Status Montferratenſis in parte. Dominus D. Sab.

§. 9. *De Sabaudia.*

Habitantes in hac Provincia antiquitùs nominati fuerunt Allobroges

Cen-

Centrones, Latobriges, faciendo partem Galliæ Narbonenſis, & Celticæ, poſtmodum conſtituendo partem Veteris Regni Burgundici; primitùs Comitatus fuit, ſed Imperator Sigiſmundus erexit hunc Comitatum in Ducatum an. 1417. ad favorem Amadei VIII. Hodiè nuncupantur Duces Sabaudiæ, Reges Cypri, quia Ludovicus Sabaudus duxit in Uxorem filiam unicam Joannis Regis Cypri. Titulum etiam Vicarii in Italia, Sacri Romani Imperii, obtinent à tempore Amadei Grandis, ſeu Magni. Latitudo Ducatûs Sabaudiæ eſſe poterit ab Oriente ad Occidentem Leucarum 26., & 28. à Septentrione ad Meridiem, incipiendo à lacu Genuenſi, uſque ad montes Separantes Delphinatum à Sabaudia. Statum Alexandrinum à Mediolanenſi avulſum donavit Joſephus I. Duci Sab. Limites ejus ſunt ad Septentrionem Rhodanus, & lacus Genevenſis: ad Orientem, Helvetia, & Pedemontium: ad Meridiem Delphinatus; ad Occidentem Rhodanus, Separans Burgundiam

à Sabaudia ; Aër eſt admodùm frigidus, propter montes plerumque nive copertos, nec adeo patria ferax eſt frumenti, aut vini. Venatio hìc optima eſt, unde abundat Cervis, Apris, Damis, leporibus albis, Phaſianis, & quibuſcunque volatilibus ; multæ etiam arbores reperiuntur nucum, caſtanearum, & ſimilium frugum. E lacubus piſces, optimum ſaporem habentes in magna quantitate extrahuntur. Principaliores fluvii, rivi, & lacus, ſunt Iſara, Archus, & Arvus ; lacus vero Burgetinus, & Anecinus. Sabaudia in ſex partes dividitur, quorum tres ad Meridiem, reliquæ ſunt ad Septentrionem. Primæ ſunt Sabaudicæ propriæ, Mauriennenſes, & Tarantaſienſes. Secundæ ſunt Jenuenſes, Fauſignenſes, & Cabillonenſes. Chamberium, Civitas principalis Sabaudiæ eſt, ſituata ad rivos, Leſſum, & Albanum ; in ſpiritualibus dicta Civitas, eſt ſub Juriſdictione Epiſcopi Gratianopolitani. Religio Catholica hìc floret, profligatis quibuſcunque Sectariorum opinio-

nionibus. Ultra Chamberium reperiuntur in Ducatu Sabaudiæ, Mommelianum, Tractus Genevenſis, Anecium, Ager Cabellicus, Tarentaſia, Monaſterium, Fanum S. Joannis in Maurianna, Tractus Foſſigniacus. In Pedemontio reperitur Taurinum, Carinianum, Savibianum, Cuneum, Mons Regalis, Foſſanum, Mons Calerius, Chierium, Pinarolium, Ducatus Auguſtus, Auguſta Prætoria, Vercellæ, Canapitium, Eperoda, Marchionatus Seguſinus, Salutiæ, Carmaniola, Nicea, Villa Franca, Boleum, Barcino, Tenda, Aſta, Veruca, Claraſcum, Cervum, Onelia, Valles, Lucernenſis, Peruſina, & Sancti Martini.

§. 9. *De Ducatu Mantuano, cum parte Montſerratenſis.*

Ducatus Mantuanus plures continet Status conceſſos ab Imperatore in Feuda, cum obligatione accipiendi inveſtituram ab eodem Cœſare. Ultimus Prin-

Princeps fuit de Domo Gonzagæ, cum titulo Ducis Mantuani, Montferratenſis, & Quaſtallenſis, Vicarii perpetui Sacri Romani Imperii, Marchionis Gonzagæ, Viandani, Caſoli, Boſoli, &c. Domini Luzzaræ, Caſtelli Godefridi, Comitis Rodigi. Marchionatum Mantuanum erexit in Ducatum Carolus V. Imperator. Civitas Ducatûs, Principalis eſt Mantua, ſituata in medio cujuſdam lacus, pulchra, magna, & ornata exiſtit Sede Epiſcopali Exemptâ; Patria fuit Virgilii, Poëtarum facilè Principis. Civitas Caſalenſis, principalis eſt Statûs Montferratenſis. Rex Galliarum illam expugnavit anno 1681. Dux verò Sabaudiæ illam recepit anno 1695. Ultra Ducatum Montferratenſem reperiuntur in Ducatu Montferratenſi, Nicea, Palea, Tridinum, Aquæ Satelliæ, & Albium, duæ Civitates Epiſcopales.

§. 10. *De Ducatu Mutinenſi*.

Ducatus Mutinenſis comprehendit Regium, Brixellum, Carpium, Frignanum, Corregium, & partes Carfagnanas. Olìm Duces Mutinenſes fuerunt iidem, ac Ferrarienſes.

Mutina, Civitas principalis Statûs eſt, ſituata inter Secchiam, & Panarum; Epiſcopus etiam ibi reſidet, Suffraganeus Bononienſi. In hac Urbe Brutus ſuſtinuit inſultus Marci Antonii, poſt obitum Julii Cœſaris ann. 710. à condita Urbe.

§. 11. *De Ducatu Parmenſi*.

Dividitur Ducatus Parmenſis, Eccleſiæ feudum, in Parmenſem, & Placentinum, Statum Buſeti, & Vallis Tari. Civitas Parmenſis ſituata eſt ad fluvium, ejuſdem nominis, Sedem habet Epiſcopalem Suffraganeam Bononienſi. Duces Parmenſes ordinariè hic reſident. Videatur *Robbè* P. 1. L. 2. c. 9. §. 13. Civitas Placentiæ, magna eſt, & notabilibus ver-

ſus

ſus Padum munita propugnaculis, ornata Sede Epiſcopali. Gaudet & Dux Ditione Buxetana, & Valle Tari, in qua Florentiola, Buxetum, Burgum S. Domnini.

§. 12. *De Republica Januenſium.*

Status Reipublicæ Januenſis, aliàs vocatur Liguria, continet etiam Corſicam. Civitas principalis totius Statûs eſt Janua, Urbs, pulchra, fortis, & Mercatoribus plena, unde ſunt admodum divites Januæ. Januæ fons ſanguinis, futuram ſequentis anni calamitatem prænuntiavit a.935. Ad Statum Januenſem pertinet Savona, Naulum, Albingaunum, Intemilium, Portus Delphini, Raſallum, Seveſta Tiguliorum, Portus Veneris, Spedia, Serezena. Franciſcus Maria Imperialis hodiè Januæ Dux eſt.

§. 13. *De Republica Lucenſium.*

Reſpublica Lucenſis regitur à Confalonerio, à nobilibus eligibili, de duobus in duos menſes, cui aſſiſtunt novem

Se-

Seniores ; ſimiliter ſex vicibus in anno eligibilibus ; qui gaudent titulo Excelſlentiæ ; totus Status eſt ſub Protectione Imperii. Civitas principalis eſt Luca, ſituata ad brachium fluminis Serechii.

§. 14. *De Republica S. Marini.*

Reſpublica S. Marini eſt ſub Protectione Summi Pontificis, prætendit libertatem, & tuetur ſuam gravitatem, ut reliquæ Reſpublicæ, quæ etiam illi titulum concedunt Chariſſimæ Sororis. Civitas principalis eſt S.Marinus, ſituata in ſummitate alicujus montis, dependentia ab hac Republica ſunt tria Caſtra, & nonnulll Pagi in Confiniis Ducatus Urbinatenſis.

§. 15. *De Reliquis Italiæ Statibus, ſeu Principatibus minoribus.*

Reliqui Italiæ Status, ſeu Principatus minores reguntur à propriis Principibus, quorum aliqui ſunt ſub protectio-

ctione Summi Pontificis, alii ſub protectione Imperatoris, & nonnulli ſub protectione Regis Hiſpaniarum, ut principatus Plumbinus. Sunt & alii Status, & Civitates, ut Orbetellum, Portus Herculis, Portus S. Stephani, Telamon, Portus Longus; Principatus Farneſianus, Præneſtinus, Braccianus, Meldulans, Palianus.

§. 16. *De Sicilia*.

Inſula, & Regnum Siciliæ, in mari Mediterraneo poterit habere in longitudine, computum faciendo, ab Occidente ad Septentrionem milliaria Italica ducenta, & decem; & centum, & quinquaginta ab Oriente, ad Occidentem. Territorium admodùm fertile eſt, feraxque frumenti, vini, & fructuum, unde dicitur Horreum Italiæ. Aër admodùm ſalubris eſt. Magna quantitas hìc colligitur ceræ, melis, ſacchari, olei, croci, & aliarum herbarum medicinalium. Vermes ſericum conſtruentes,

tes, plurimi hìc inveniuntur, unde commercia ſericea Siciliæ ſunt nominata. Nec deſunt venæ auri, argenti, ferri, & aliorum mineralium, Salis, Jaſpidum, Porphyriorum, & aliarum petrarum pretioſarum. Corallia verſus Trapanum optima è mari extrahuntur. Multa prata, & ſylvæ ibi occurrunt, unde abundat Patria cervis, apris, & aliis animalibus ſylvaticis, & domeſticis. Piſces gladiati, & anguillæ prope Fretum Meſſanæ in magna quantitate extrahuntur à piſcatoribus. Veſperæ Siculę Gallis cantatæ fuerunt a. 1282.

Fluvii Inſulæ ſunt Salſus, & Datainus, Scaturientes in medio Inſulæ, quorum unus currit verſus Meridiem, alter verſus Orientem: Terminus, Boliceus, & Platanus ſunt in parte Occidentali Inſulæ, quorum unus fluit verſus Meridiem, & duo reliqui verſus Septentrionem: Traina, Contara ſunt in parte Septentrionali, quorum unus tractum habet, ad Septentrionem; alter ad Orientem. Multi ſunt montes in Sicilia,

ſed

ſed famoſior eſt Mons Æthna , Aliàs Gibel , ille altus admodùm eſt , & ſummitas ejus ſemper coperta eſt Nivibus , in medio autem eructant flammæ , vicinis partibus notabilia damna ſæpè afferentes . Dividitur Inſula in tres partes , tres valles nuncupatas , quorum primus Vallis de *Mazara* , di *Demona* , & di *Noto* .

Panormum Civitas principalis Regni eſt , ibi ſemper reſederunt Reges , & adhuc ibi reſidere ſolet Pro-Rex , & Archi-Epiſcopus , Civitas admodùm magna eſt , & dives ; ſicut , & Meſſanum duplici maris portu celebre: & Syracuſa Urbs Epiſcopalis , famoſa : quia mundo edidit Archimedem , Mathematicorum forſan Principem . Religio Catholica ibi eſt , quamvis adſint Græci, in eorum Eccleſiis græco mores ſacrificantes , ſed tamen recognoſcentes Summum Pontificem , verum Chriſti Vicarium, eidemque obedientes . In valle Natim reperitur Nothum ; Syracuſæ, Auguſta , Terra nova , Sperlinga . In valle Demonæ re-

pe-

peritur Meſſana, Mylæ, Catana, Æthna ignivomus. In valle Mazaræ reperitur Mazara, Panormus, Drepanum, Agrigentum, Mons Regalis.

§. 17. *De Inſula Sardiniæ.*

Sardinia à Sardo Rege nomen traxit, habebit milliaria centum, & ſeptuaginta in extenſione à Meridie ad Septentrionem, & nonaginta ab Oriente ad Occidentem. Aër non adeo bonus eſt. Tellus, vinum optimum, frumentum, & oleum in abundantia dat. Inveniuntur ibidem venæ argenti, ſulphuris, & aluminis, & non cedit Telluri Siculæ, ubi campi benè fuerint culti. Abundat patria animalibus domeſticis, & ſylvaticis, caret animalibus venenatis, exceptis quibuſdam araneis, *ſolifugis* nuncupatis, & reperibilibus in venis argenti, quorum morſus ſunt mortales. Herba ranucula comeſta, ridere faciendo, mortem cauſat, unde natum Proverbium: *riſus Sardonici*. Paludes plures in hac

Inſula ſunt, quarum aquæ admodum ſunt inſalubres, uti& pluvia, non obſtante, quod raró admodùm pluat. Pauci notantur fluvii, inter quos nominatiores ſunt Coquinas, & Tyrſus, qui ultimus tractum habet per mediam Inſulam à Septentrione verſus Meridiem. Dividitur Regnum in duas partes, quarum una verſus Meridiem, Caput Calaritanum, altera verſus Septentrionem, Caput di *Logudori* nuncupatur. Civitas principalis eſt Caleritana, ubi Reſidet Archi-Epiſcopus, & Pro-Rex. Per Donationem Pontificiam, hoc Regnum pervenit in poteſtatem Hiſpanorum, à quibus hodiè dependet. Primus autem poſſeſſionem accepit Iacobus Rex Arragoniæ. Religio Catholica ibi floret, & Hiſpania ibi tenet Inquiſitorem, contra Apoſtatas, hæreticos, & Magos. In Sardinia notatur Calaris, Arborea, Boſa, Algaria, Saſſaris, Caſtrum Aragoneſe, Terra nova.

De

§. 18. *De Inſula Corſica.*

Ad Septentrionem Sardiniæ, Inſula Corſica ſituata eſt, trajectu unius horæ ab illa diſtans; Extenſio hujus Inſulæ à Meridie ad Septentrionem poteſt eſſe milliarium centum & octo; ab Oriente ad Occidentem, quinquaginta; in toto circuitu circiter ducenta, & ſeptuaginta. Aër inſalubris eſt: Territorium petroſum, ſylvaticum, & incultum, in quibuſdam tamen Vallibus terra frumentum producit, & vinum generoſum colles proferunt, cum optimis fructibus. V. g. Amygdalis, ficubus, & Caſtaneis, & oleo. In medio Inſulæ exurgit Mons Gradaccius, ubi ſcaturiunt duo fluvii Liamon, & Tavignan, quorum unus fluit verſus Orientem, alter verſus Occidentem. Lacus Inus lambit territorium Marianenſe. Incolæ dividunt Corſicam in quatuor partes, ſecundum quatuor principalia puncta mundi; & nominant partem Orientalem; partem interio-

rem ; partem Occidentalem ; partem exteriorem ; partem Meridionalem ultra montes : Septentrionalem , cis montes .

Nulla Civitas conſiderabilior eſt in Corſica , quàm *Baſtia* , quæ eſt principalior totius Inſulæ , ſituata eſt ad partem Orientalem cis montes , Gubernator Inſulæ ibi ordinariè reſidet , & Epiſcopus Marianenſis , & Alerienſis , poſt deſtructas , & ruinatas Sedes Epiſcopales proprias . Hæc Inſula dependet jam à ſexcentis , & ultra annis , à Juriſdictione Reipublicæ Januenſis , quæ omnibus duobus annis illic mittit Gubernatorem , qui habet ſub ſe Locumtenentem , & nonnullos Commiſſarios . Sola Religio Catholica ibi floret ; Epiſcopatus , ultra Baſtiam , reperitur Adiacium , Curia , Bonifacium .

§. 19. *De Inſula Melitenſi* .

Inſula Melitenſis , à Græcis nuncupatur *Ogygia* , & *Hiſperia* , ſituata eſt ad ad Meridiem Siciliæ , poſſet habere mil-

lia-

liaria viginti in longitudine, duodecim in latitudine; ſexaginta in toto circuitu ob littora ſatis anfractuoſa. Aër eſt ſalubris, ſed forſan calidus per exceſſum, temperatur tamen à ventis, maximè poſt meridiem. Glacies ibi nunquam videtur. Tellus profert uvas raræ magnitudinis, & excellentes, mala citrina, olivas, ficus. Provincia hæc mele abundat, & caret venenatis animalibus. Poſſident hanc Inſulam Equites S. Joannis Hieroſolymitani ab anno 1530. quo anno Carolus V. Imperator, & Rex Hiſpaniarum, illis hanc Inſulam donavit. Ab anno enim 1522. quo Rhodo expulſi fuerant, nullam manentem Civitatem habebant tempore Adriani VI. Inhabitantes ſunt Catholici, latini, & Græci, utuntur corruptâ lingua Arabica. Civitas principalis Inſulæ, hodiè dividitur in quatuor partes, Valettam, Burgum, S. Michaëlis, & Cotoneram. In Valetta habitat Eminentiſſimus M. Magiſter; non procul ab illinc conſpicitur fortalitium S. Elmi, contra quod ſeptuaginta

& octo millenis vicibus tormenta majora bellica Turcæ exploſerunt durante obſidione anno 1565. Porta ad manum dexteram vocatur Marza Muzetto, illa ad ſiniſtram ſolùm Marza, ſeu Porta major. Burgum, aliàs vocatur Civitas victorioſa, & Civitas S.Michaëlis, utraque ædificata eſt in quadam terræ lingua. Notatur etiam Vallettâ, Burgum S. Angeli, Medina ſeu Civitas vetus.

CAPUT IX.

De Imperio Germanico.

QUare Imperium vocetur Germania, varię ſunt opiniones, aliqui credunt ex eo ita nuncupatum, quod, *Gar*, & *Man*, ſint vocabula Germanica, & hominem egregium denotent. Prærogativam Germania habet, quod ea Sedes Imperii Occidentalis remanſerit. Situata eſt in medio Europę, & habere poterit in longitudine, ducenta milliaria Germanica; & centum, & quinquaginta in latitudine. Notandum autem, unum milliare Germanicum, facere

cere ſex Italiæ; limites Germaniæ ad Septentrionem ſunt, Oceanus, Danimarca, & Mare Balticum: verſus Orientem Polonia, & Hungaria: verſus Meridiem, Italia: verſus Occidentem Sabaudia, & Francia.

Omnium rerum ferax eſt Germania; Aër optimus, Civitates pulchræ, & divites adſunt: Fluvii principaliores ſunt Danubius, Rhenus, Mœnus, Nicarus, Moſa, Moſella, Albis, Wiſurgis, Odera, Dravus, Savus, Innus, Speram, Muera. Danubius totam Hungariam, ultra Germaniam perfluit. Rhenus oritur prope Curiam, alluit Baſileam, Conſtantiam, Briſacum, Argentinam, Spiram, Manhemium, Wormatiam, Oppenhemium, Moguntiam, Bingium, Confluentium, Bonnam, Coloniam, Duſſeldorpium, Ultrajectum &c. Regnant in Imperio Imperator, hodie Carolus VI. Electores, Archi-Epiſcopi, Epiſcopi, Ordinum Magiſtri, Abbates *Principes*, Prælati, Abbatiſſæ, Veteres, & Novæ Domus Principum, Im-

perii Comites, Status, & Nobiles. Electores, Archi-Epiſcopi, & Epiſcopi Vid. in Meo Comp. Geogr. Eccl. Ordinum Magiſtri ſunt: Teutonicus, & M. Prior Ord. S. Joannis; Abbates Principes ſunt ſeſſionem in Imperio habentes, Fuldenſis, Campidunenſis, Elvacenſis, Murbacenſis, Luderenſis, Berdolſgadenſis, Weiſſemburgenſis, Prumienſis, Stabulenſis, Corvejenſis; ſunt & alii Abbates Principes, ſeſſionem in Imperio non habentes, ut Sant Gallenſis, Einſidlenſis, Murenſis, Diſſenſienſis, Fabarienſis. Prælati in Scamno Svevico ſunt: Marchthalenſis, Elchingenſis, Salamaſwaileranus, Weingartenſis, Ochſenhauſenſis, Irſingenſis, Pelerſchauſenſis, Ursbergenſis, Münchrodenſis, Roggenburgenſis, Weſſenoenſis, Schüſſenriadenſis, Wettenaſenſis, Gengenbacenſis. In Scamno Rhenano notantur Abbates Kayſersheimenſis, S. Emerani, S. Georgii, Walekanridii, SS. Ulrici, & Afræ, Verdenæ, Bruchſalienſis, vel Odenheimenſis, Monaſterienſis in Valle Gregoriana, & Mo-

& Monaſterii S.Cornelii. Abbatiſſę Principiſſæ ſunt Eſſendienſis, Buchavienſis, Quedlinburgenſis, Andlavienſis, Lindavienſis, Heerwordenſis, Gernroderenſis, Monaſteriorum Superioris, & Inferioris Ratisbonæ, Burſcheidenſis, Gandersheimenſis, Rottenmünſterenſis, Guttenzelenſis, Haggenbacenſis, Baindenſis.

Circuli ſunt 10. 1. Ad Circ. Auſtriac. numeratur Archi-Ducat. Auſtr., Ducat. Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Comitatus Tyrolis; Epiſcopatus Tridentinus, & Brixinenſis, Civitates Sylveſtres, Status Imperatorii in Svevia, Briſgovia. 2. Ad Burgundicum refertur Comitatus Burgundiæ, & Flandriæ. 3. Ad Circulum Rheni inferioris, Archi-Epiſcopatus Electorales, cum Palatinatu Rheni inferioris, & Principatu Arenbergico in Eifflia. Ad Circulum Bavaricum pertinet Ducatus Bavariæ, Palatinatus Superior, Landgraviatus Leüchtenbergenſis, Ducatus Neoburgicus, Principatus Sulzbacenſis, Comitatus Sternſteinenſis, Archi-Epiſcopatus Salisburgenſis, Epiſcopatus Fri-

Friſingenſis, Ratisbonenſis, & Paſſavienſis, Præpoſitura Berdolsgadenſis. 5. Ad Circulum Saxoniæ Superioris numerantur Marchionatas Miſniæ, Landgraviatus Thuringiæ, Principatus Coburgenſis, Querfurtenſis, & Anhaltenſis, Marchionatus Brandenburgicus, Ducatus Pomeraniæ, Epiſcopatus Merſeburgenſis, & Citizenſis, Abbatia Quedlinburg, Com. Barbii. 6. Ad Franconicum pertinent, Marchionat. Baraitenſis, & Ansbacenſis, Principatus Schwarzenburgenſis, Magiſterium Ord. Theutonici, Epiſcopatus Bambergenſis, Herbipolenſis, & Eichſtettenſis, Hennebergenſis, & alii Comitatus. 7. Ad Svevicum Circulum pertinent, Ducatus Württenbergenſis, Marchionatus Badenſis, Principatus Hohenzolleranus, Ottingenſis, & Mindelheimenſis, Epiſcopatus Auguſtanus, Conſtantienſis, & Curienſis, aliæque Abbatiæ, Comitatus, & Baroniæ Sveviæ. 8. Ad Circulum Rheni Superioris numerantur Comites Palatini; Bipontini, Birckenfeldenſes, & Velden-

denſes, Haſſia, Wetteravia, Abbatia Fuldenſis, Epiſcopatus Wormatienſis, Spirenſis, Argentinenſis, Baſileenſis, M. Prioratus O. S. Joannis, Civitates Liberæ, Auſtraſia, Ducatus Lotharingiæ, & Sabaudiæ, omnes Prælaturæ Rhenanæ. 9. Ad Circulum Weſtphalicum numerantur Epiſcopatus Monaſterienſis, Leodienſis, Paderbornenſis, Oſnabrugenſis, Abbatia Corbejenſis, Ducatus Weſtphaliæ, Cliviæ, Juliæ, & Montiū, Epiſc. Mindenſis, & Verdenſis, Principatus Oſt-Friſiæ, Comitatus Oldenburgenſis, & alii vicini. 10. Ad Circulum Saxonię inferioris referuntur Archi-Epiſcopatus Magdenburgenſis, & Bremenſis, Epiſcopatus Halberſtadienſis, Hildeſienſis, & Lubecenſis, Electoratus Brunſuicenſis, Ducatus Meckelburg. Civitates liberæ Scamni Rhenani ſunt Colonia, Aquiſgranum, Lubecum, Wormatia, Spira, Francofurtum, Hombergum, Hagenovia, Colmarium, Schlettſtadium, Goslaria, Brema, Mülhuſium, Northena, Weiſſenburgum, Landavium,

Obe-

Obernheim, Kayſersberg, Monaſterium, Roshemium, Turchemium in Alſatia, Fridbergum, Gelhauſen, Wezflaria, Dortmundum. Civitates liberæ Scamni Svevici ſunt: Ratisbona, Donavverta, Auguſta, Norimberga, Ulma, Eslinga, Reũtlinga, Rottenburgum, Halla Svevorum, Rotwila, Uberlinga, Hailbrunna, Gemunda, Memminga, Lindavium, Dunckelſpilium, Bibracum, Revensburgum, Schweinfurtum, Campidunum, Winsheim, Kaufburium, Willa, Wangum, Pfullendorfium, Offenburgum, Leũtkirchiũ, Wimpina, Weiſſenburgum, Ginga, Gengenbachum, Zella, Buchornium, Aala, Buchovium, Bopfingen. Civitates Imperiales in Congregationibus, & Diętis comparent in Scamno Svevico, aut Rhenano: Anſeaticę ſunt Collegiales Lubeco, Coloniæ, Brunſuico, & Danzico. Omnes recognoſcunt Imperatorem, à quo Feuda poſſident; & tempore Belli contribuunt ad ſumptus neceſſarios. Novæ Domus Principum in Germania ſunt, Arenbergenſis, Hohen-

henzolleranæ, Eggenbergenſis, Lobkowizia, Salmia, Naſſovia, Aversbergica, Oſt-Friſiæ, Furſtenbergica, Schwarzenbergica, Ottingia, Waldeccia, Lichtenſteinica, Ditrichſteinica, Piccolominea, Portia à Leopoldo, Marleburgica, Lőwenſteinia, Sorana.

Domus antiquæ Principum in Germania ſunt. 1. Comites Palatini, Bipontini, Birckenfeldenſes, Veldenſes, Sulzbacenſes. 2. Duces Saxoniæ, Weiſſenfelſenſes, Merſeburgenſes, Citizenſes, Weinmarienſes, Eiſenacenſes, Gothici, Coburgenſes, Meinungenſes, Romhildenſes, Eiſenbergenſes, Hilpershauſenſes, Salfeldenſes. 3. Marchiones Brandenburgenſes, Bareythenſes, Anſpacenſes, Duces Brunſuicenſes, Lunneburgenſes, & Hannoverani. 5. Duces Württenbergenſes. 6. Duces Meckelburgenſes, Swerinēſes, & Strelicenſes. 7. Landgravii Haſſiæ, Caſſellenſes, Darmſtattenſes, Rheinfelſenſes, Homburgenſes. Marchiones Badenſes, & Durlacenſes. 9. Duces Holſtein. 10. Principes Anhal-

haltenſes. Comitum, Baronum, & Nobilium nomina vide *apud Bucel.* In Stemmatog., & infrà hìc.

§. I. *De Archi-Ducatibus, Auſtriæ, Styriæ, Carinthiæ, Carnjolæ: Comitatibus Burgundiæ, Tyrolenſi, Pfirdt, & Windiſmarck.*

Status hæreditarii hodierni Imperatoris Auguſtiſſimi Caroli VI., ſunt Auſtria Superior, & Inferior, Carinthia, Styria, Carniola. Auſtria eſt ad tractum Danubii, Carinthia, & Styria, ad Dravum; & Carniola reſpicit Meridiem; Limites ejus ad Septentrionem ſunt Bohemia; ad Orientem Hungaria; ad Meridiem Italia; ad Occidentem, Tyrolis, Comitatus Pfirdt, & Bavaria. Auſtria eſt ſolus Archiducatus in Europa, & poſſet habere milliaria germanica triginta in latitudine ab Oriente ad Occidentem, & 15. à meridie ad Septentrionem. Aër ſalubris eſt; tellus vini, ac frumenti feraciſſima. Ducatus Carinthiæ, Styriæ, & Car-

& Carniolæ dependent à Domo Auſtriaca, & habebunt ſimul in latitudine milliaria germanica 35. ab Oriente ad Occidentem, & 25. à Meridie ad Septentrionem.

Fluvii principaliores ſunt Danubius, qui perlabitur totam Auſtriam, ab Occidente ad Orientem. Enſius etiam in Auſtria reperitur, alluens muros Civitatis Enſenſis. Dravus, & Savaria ſcaturiunt in Carinthia, & tractum faciunt per totam Styriam, ab Occidente ad Orientē. Savus pertranſit per Carniolam: Carniola comprehendit etiam Marchionatum Vinidorum, & Comitatum Cillenſem. Civitas principalis Auſtriæ inferioris Vienna eſt. Linzium, Civitas principalis Auſtriæ ſuperioris. Civitas S. Viti ſituata eſt ad confluentiam Glani. & Villachium Carinthiæ eſt Metropolis. Græcium ad Savariam caput eſt Styriæ. Labacum caput eſt Carniolæ. Mettlingen Civitas principalis eſt Vinidorū Marchionatus, cui accedit Rudolphi Vvertia, Goritia, Gradiſca. Religio Catholica

exa-

exactè obſervatur in omnibus Statibus hæreditariis Cæſareis. Comitatus Pfirdt conceſſus eſt Imperatori ab Epiſcopo Baſileenſi, quaſi in feudum. Comitatus Tyrolis Europæ maximus eſt, quia comprehendit ad minus quindecim milliaria germanica à Meridie ad Septentrionem, & viginti quinque ab Oriente ad Occidentem: Limites ejus ſunt ad Septentrionem Svevia, & Bavaria; ad Orientē, Carinthia; ad Meridiem, Italia, & Rhętia; ad Occidentem, Helvetia. Territorium profert bonum frumentum, & vinum, ſed non adeò in magna quantitate; pratis abundat patria, nec deſunt venæ argenti, cupri, ferri, & aliorum mineralium. Fluvii ſunt Oenus,& Atheſis. Ænipontum, vulgò Inſpruck, caput eſt Tyrolis, ibi nova erecta eſt Univerſitas Studiorum tempore Leopoldi I. Alia loca notabilia ſunt Crembſa, Neoſtadium, Laxenburg, Ebersdorffium, Schönbrun, Thermæ Auſtriacæ, Aniſſus. In Comitatu Tyrolenſi comprehenditur etiam Epiſcopatus Tridentinus: Caput

eſt

eſt Tridentina Civitas famoſa reddita ob Concilium Generale contra Lutheri hæreſes, temporibus trium Summorum Pontificum, ex eo quòd duraverit annis octodecim, quia inchoatum fuit 13. Decembris anno 1545., & finem habuit 4. Decembris anno 1563. 18. Cathedralis ſunt Canonici, quorum 12. Nobiles, 3. Doctores, 3. Diœceſani eſſe poſſunt; Organum in Archipresbyterali Eccleſia S. Mariæ Majoris famoſum eſt. Florent & in Tyroli, Oenipons, Arx Tyrolenſis, Meraniũ, Umbras, Martini Mons, Bolzanum, Halla, Sebatum, Ehrenberg, Kuſtein. In Styria notantur Gręcium, Rachelburgum, Czac*k*enthurn, Eggenberga, Judenburgum, Seccovium, Mariæ Cella; in Carinthia ſunt Clagenfurtum, Gurcum, Lavantum, Fanum S. Viti, Sonnec*k*, Ortenburg. In Carniola, Labacum, Carnioburgum, Aversbergia, Lacus Circonienſis famoſus, quia in eodem anno ibidem piſces, & animalia capiuntur, grana feruntur, & metuntur.

Auſtriæ Monaſteria celebriora ſunt

Ord. S. Benedicti, Aſpacum, Cremb-Münſter, Garſten, Glunick, Köttwein; Lambach, Scotorum Viennæ; Neoburgum propè Viennam conditum an. 1128. ubi Corpus S. Leopoldi quieſcit; Mellicenſe, ad ripam Danubii in excelſo ſcopulo conditum ann. 1121. à Calliſto II. conſecratum; undè exemptum, indeq; celebris Congregatio Mellicenſis profluxit; quieſcit ibi Auſtriæ Apoſtolus S. Colomannus; Abbatialem Inſulam hodiè ad an. 1712. moderatur Reverendiſs. Bertholdus, Conſiliarius intimus Sac. Cæſareæ, & Catholicæ Majeſtatis, Vir doctiſſimus. In Styria Benedictini poſſident famoſas Abbatias Admontii, S. Lamberti, Mariæ Cellæ, &c. Canonici Regulares S. Auguſtini gaudent Monaſteriis S. Dorotheæ Viennæ; Thürnſtein in inferiori; S. Floriani in ſuperiori Auſtria. Ciſtercienſes habent Abbatias Stambs, Lilienfelt, Neüburg, & S. Crucis in Auſtria, ubi Monachum profeſſus Conradus S. Leopoldi Auſtriæ Marchion. filius; quorum aliqui Præſides, reliqui omnes

Ab-

Abbates, aut Præpoſiti deputati inclytorum Statuum Auſtriæ, aut Styriæ audiunt. In Tyroli Abbatiæ ſunt Neuſtifft Can. Reg. Mons S.Georgii Ord. S.Ben. Wiltau, Præmonſtr. Schnalz Carthuſianorum in Diœceſi Curienſi, aliæque Abbatiæ in Diœceſi Tridentina.

Ad Status Imperatorios etiam pertinet Comitatus Burgundiæ, quem in dotem accepit Maximilianus Imperaror, ob matrimonium Mariæ, hæredis Burgundiæ. Numeratur inter Status Germaniæ, quia Circulum proprium conſtituunt; & Archi-Epiſcop. Biſuntinus, Imperii Princeps inter Archi-Epiſcopos Germaniæ numeratur, imo titulum Ducis Burgundiæ Imperator hodiè retinet, quamvis ille Status hodiè ſit in manu Gallorum. Poterit iſte Status habere viginti milliaria germanica à Meridie ad Septentrionem, & quindecim ab Oriente ad Occidentem. Videatur *Robbè* P.1. l. 2. c.4. §.20. limites illius Comitatus ad Septentrionem ſunt Lotharingia; ad Orientem Helvetia; ad Occidentem Burgundiæ

Ducatus. Populata eſt hæc patria, feraxque vini, & frumenti, lignis, & venatione abundat. Dola caput eſt Comitatus, ſituata ad Daucum, à Carolo V. Imperatore firmis munita propugnaculis. Biſuntium, Civitas pariter Archi-Epiſcopalis eſt ad Daucum, quæ olim fuit Imperialis Civitas libera; & adhùc videntur 2. Aquilæ in foro.

§. 2. *De Lotharingia*.

In Lotharingia fons aquę ſaluberrimę in ſanguinem vertitur an. 1011. ita *Muſantius*, Germaniæ Ducatus eſt, eo titulo donatus ab Othone Imperatore, Incolæ utuntur utplurimùm linguâ germanicâ: Varii fuerunt Duces Caroli nuncupati, omnes fideles Imperio, & in ſpecie Carolus I. frater Lotharii, à quo etiam patria nomen Lotharingię accepit; & etiam Carolus V. Generalis Generaliſſimus Exercituum Leopoldi I. Imperatoris, qui immortalem famam ſibi acquiſivit in Hungaria contra Turcas; & in Germania in famoſa obſidione Mogun-

guntina, & Bonnenſi an. 1689., cujus etiam filius Carolus hodiè Elector, & Archi-Epiſcopus Trevirenſis, Epiſcopus Oſnabrugenſis, & Abbas Bonē exiſtit. Lotharingia poteſt habere in longitudine ab Oriente ad Occidentem viginti milliaria germanica; & forſan triginta à Meridie ad Septentrionem: Limites ejus ſunt Archi-Epiſcopatus Trevirenſis, cum Statu Luxenburgenſi ad Septentrionem; Palatinatus Rheni inferior, & Alſatia ad Orientem; Comitatus Burgundiæ ad Meridiem; Campania ad Occidentem: Aër eſt admodùm temperatus, & Territorium ferax frumenti, & Vini; nec deſunt venæ ferri, argenti, & Cupri; Animalia domeſtica in pratis, & ſylveſtrica in nemoribus, ſaltibus, & montibus, plurima videntur; Sal etiam exteris Provinciis ſuppeditatur; Rivi abundant piſcibus, maximè anguillis, & ſtagna carpionibus ſcatent: Fluvii, & rivi Lotharingiæ principaliores ſunt Moſella, Saraus, Meura, Saona. Lotharingia dividitur in Statum Lotharingicum,

& Barenſem : Primus eſt ad Orientem, ad tractum Moſellæ, Saræ, & Meurtæ; alter ad Occidentem versùs Moſam. Subdividitur Status Lotharingicus in tres Præfecturas, Nancienſem, Vaugenſem, & Vaudrevagenſem; non comprehendendo Epiſcopatus, Metenſem, Tullenſem, & Verdunenſem, qui quidèm à Lotharingia non dependent; nihilominùs ſunt veluti claves illius Statûs. Nancejũ Civitas principalis eſt Lotharingiæ, ibi quidèm nullus Epiſcopus, attamen Prępoſitus mitratus eſt. Civitas dividitur in veterem, & novam. Civitates Metenſis, Tullenſis, & Verdunenſis ſunt, aut fuerunt Imperiales liberæ, antequàm fuerint occupatæ à Gallicis Legionibus.

§. 3. *De Alſatia, Sungavia, Briſgovia.*

Ad Circulum Rheni Superioris numeratur Alſatia, quam Otto III. Imperator erexit in Laudgraviatum, ſituata eſt ad Occidentem Rheni, ejus extenſio à Me-

à Meridie ad Septentrionē poteſt eſſe viginti milliarium Germanicorum, & decem ab Oriente ad Occidentem. Ad Septentrionem Palatinatus inferior Rheni limites conſtituit: ad Orientem Svevia: ad Meridiem Helvetia: ad Occidentem, Lotharingia. Patria feraciſſima eſt, & vini generoſi, & frumenti optimi. V. *Robbè* P. 1. l. c. 4. §. 22. Fluvii principaliores Alſatiæ ſunt Rhenus, & Illus influens in Rhenum infra Argentinam. Alſatia particularis dividitur in Superiorem, & Inferiorem, una eſt ad Meridiem, altera ad Septentrionum. Alſatia ſuperior comprehendit Sundgaviam, ſeu Comitatus Ferretenſem, & Alt*k*irchenſem. Inferior comprehendit Præpoſituram Weiſſemburgenſem, & ſtatum Landavienſem. Partes ad Orientem Rheni dividuntur in tres: Meridionalis, Briſgovium audit; Septentrionalis, Badenſis, & illa verſus medium, Ortnawium. Caput Alſatiæ inferioris Argentina eſt, Civitas Imperialis, cujus Epiſcopus eſt Suffraganeus Moguntino

Archi-Epiſcopo, Canonici Cathedralis omnes ſunt Comites; adſunt Collegiatæ in illa Civitate S. Petri Veteris, & Junioris. Pulchra adeſt Commenda Fratrum Capellanorum Ordinis S. Joannis, cujus Commendator uſum Mitræ, & Baculi Paſtoralis obtinet. Caput Langraviatûs eſt Enſeshemium ad Illam. Colmaria, Caput audit Alſatiæ Superioris; Briſacum Briſgoviæ, aut Friburgum. Mülhauſen, Civitas Imperialis eſt, uti & Hagenovia, Schlettſtadium, Obernhemium, Argentina, Cæſaris mons, Monaſterium, Roshemium Turckhemium Colmaria, & Weiſſemburgum, & Landavium. Civitas Lauterenſis, eſt ſub juriſdictione temporali, & ſpirituali Epiſcopi Spirenſis. Weiſſenburgi Præpoſitus Collegiatæ, Principatûs titulo illuſtris aſt, unita eſt Epiſcopatui Spirenſi; Equeſtris in Bruchſal floret tranſlata ex Odenheim: Landavium in principio hujus ſæculi magnum nomen ſibi acquiſivit; cum ibi egregium fortalitium Galli conſtruxerint, quod bis ex eorum

 ma-

manibus ereptum fuit à milite Germano, & decoratum præſentia Regis Romanorum Joſephi I. Hunc pertinent Epiſcopatus Baſileenſis, cum reſidentia Epiſcopi Brunduti, Mons bellicardus. *In Sundgavia*, Ferretta, Befortium, & Huninga. *Briſgovia*, Briſacum, Friburgum, Neoburgum, Villingen. *In Alſatia*, Enſishemium, Murbacum, Laudera, Rupes Raboldi, Tabernę Alſaticæ, Luzelſtein, Buswiler, Fortalitium Ludovici, Andlau cum Abbatiſſa Principiſſa Imperii.

§. 4. *De Palatinatu Inferiori Rheni*.

Nuncupatur hic Palatinatus inferior, & contradiſtinctionem Superioris, dicitur Rheni, ad differentiam alterius, qui eſt ad Danubium. Fridericus V. Comes Palatinus Rheni, unus ex Electoribus Imperii, ab Huſſitis, Proteſtantibus, & ſeditioſis vocatus ad Regnum Bohemiæ; quem Ferdinandus II. Imperator citari fecit ad Diætam Ratisbonenſem, quo

quo contumace, armis, proſcriptionis ſententiam exequi decrevit, conflictuſq; commiſſus fuit prope Pragam in Bohemia anno 1620. ſuperatuſque Fridericus, Palatinatum perdidit, & Electoratus donatus Duci Bavariæ, cum quibuſdam Statibus; qui tamen inferior Palatinatus poſtmodum reſtitutus fuit Carolo Ludovico, vigore Pacis Monaſterienſis, & cum titulus Electoralis jam datus fuerit Electori Bavarico, octavus Electoratus Palatinatûs inſtitutus fuit, quem tamen auxit Joannes Wilhelmus Elector, acquirendo etiam Palatinatum Superiorem, & Archidapiferarum ablatum Duci Bavariæ, ſuperato in prælio, prope Hochſtett. a. 1704.

Fluvii, qui reperiuntur in Palatinatu Inferiori ultra Rhenum ſunt Nicarus, qui influit in Rhenum prope Manhemium, & Navus influens in eundem prope Bingium, Civitatem propriam, & territorialem Canonicorum Metropolitanæ Moguntinæ. Caput Palatinatûs inferioris eſt Heidelberga, famoſa ſtudio-

diorum Univerſitas, in qua Electores plerunque reſidere ſolent. Ibi famoſa olim fuit Bibliotheca, quam Comes Tillius, Generaliſſimus Imperatoris miſit Romam Summo Pontifici, poſt captam Civitatem anno 1622. Poſtquam illa à Gallis, cum variis aliis Civitatibus vicinis exuſtę fuerit ad annum 1688. nihil illuc reliquerunt, quam illud prodigioſæ magnitudinis dolium. In hoc Palatinatu reperiuntur 16. Præfecturæ, Heidelbergenſis, Ladenburgenſis, Mosbacenſis, Brettenſis, Boxbergenſis, Uzbergenſis, Neoſtadienſis, Germersheimenſis, Lutrenſis, Alzejana, Oppenheimenſis, Crucinacenſis, Strombergenſis, Baccharacenſis, Simmerenſis, Kirchbergenſis, adiungitur C. Veldenz.

§. 5. *De Principatibus, & Statibus in Palatinatu Inferiori exiſtentibus.*

Varii Principatus, Epiſcopatus, Ducatus, Comitatus, & Dominatus,

uti & Civitates Imperiales liberæ reperiuntur in territorio, vel de territorio Palatinatûs Inferioris Rheni: tales ſunt Epiſcopatus, & Civitates liberæ Imperiales, Spirenſis, & Wormatienſis, Ducatus Bipontinus, Simmerenſis, & Birckenfeldenſis, Abbatiæ Klingenmunſteriana, Eyſerſtalliana, Herdenſis, & Præpoſitura Infulata Selzenſis. Principatus Spirenſis, & Wormatienſis, cum annexis Satrapiis Dürmſtein, Deutesheim, Kyrweiler, Bruchſal, Comitatus Leinigen. Dominatus Sikingen, &c. Domus Kloſter-Heimbacenſis Ord. S. Joannis, Langraviatus Darmeſtatt; Comitatus Erbach, Turckheim &c. Adeſt & Marchionatus Badenſis ſuperior, & inferior, cum Præfecturis Stolhofen, Raſtatt, Durlach, Pforzeim: Comitatus Reingraffeſtein, Salm, & Finſtringen, Naſſovia, Chrichingen, Falckenſtein, Obernſtein, Reiſaltskirch, Bitſch.

Digitized by Google

§. 6. *De Archi-Epiſcopatu, & Principatu Moguntino.*

Ultra Diœceſim Moguntinam, Archi-Epiſcopus, & Princeps Elector Moguntinus, varios habet Comitatus, & Status, in Franconia, Haſſia., & Thuringia, de quibus vid. Meum Comp. Geograph. Eccleſ. Caput Diœceſis Moguntinæ Moguntia eſt, Civitas fortiſſima, quæ anno 1688. Gallica fuerat, aſt Germanorum virtus ſuo Principi eam reſtituit anno 1689. Famoſa hìc eſt ſtudiorum univerſitas: Jungito ſtrada Montana; *in Palatinatu*; Germersheim, & Sobernheim; in Franconia, Aſchaffenburgum, Seligenſtad, Klingeberg, in Thuringia Erfurtum. *In Eichsfeldia*, Duderſtad: *In Haſſia*, Frizlariam, & Amænoburgum.

§. 7. *De Archi-Epiſcopatu, & Principatu Trevirenſi.*

Archi-Epiſcopus, & Principes Elector Trevirenſis, hodiè Carolus è Du-

cibus

cibus Lotharingiæ, nullos alios Comitatus, aut Status, extra propriam Diœceſim exiſtentes habet; ſed integer Principatus unitus extitit ex hac, & altera parte Rheni, ejus limites ſunt Lotharingia, Francia, Archi-Epiſcopatus Moguntinus, & Colonienſis. Caput Status Trevirenſis; Urbs antiqua; unde prodiit verſus:

Ante Romam Treviris, ſtetit annis mille trecentis.

Hùc pertinet Confluentia, Ehrenbretſteinium, Mons Thabor, Veſalia ſuperior, Vitelliacum, Caſtellum Tabernarum, Cochemium, Monaſterium Meinfeldiæ, Sarabrugum, Prumia, Mons Regius, Beilſtein.

§. 8. *De Archi-Epiſcopatu; & Electoratu Colonienſi.*

Archiepiſcopus, & Elector Colonienſis, Dominus, & Protector eſt variorum locorum Weſtphaliæ, ultra ſuam Diœceſim, & Principalem Electoratum.

Co-

Colonia Agrippina ad Rhenum Civitas principalis Diœceſis eſt, libera Imperialis exiſtit, & tricoronata ibi eſt ſtudiorum univerſitas, variæque nobiles ibi notantur Typographiæ; ædificata à Germanico a.C.15.de ejus ſtatu vid. Meum Comp Geographiæ Eccleſ.fol.201. Huc pertinet Bonna, Noveſium, Rheimberga, Cæſaris Verda, Andernacum, Dorſta, Rechlinghauſen, Rhens, Mullendonck, cum Ducatu Weſtphaliæ.

§. 9. *De Clivia, Julia, Montibus, Ravensberg, Ravenſtein.*

Ducatus Cliviæ, Iuliæ, Montium ad tractum Rheni exiſtunt, & eorum extenſio à Meridie ad Septentrionem poſſet eſſe circiter triginta milliarium Germanicorum; non poteſt autem fieri computus extenſionis ab Oriente ad Occidentem, cum varii ſtatus, ad Archi-Epiſcopatus pertinentes ſint immixti. Limites autem Cliviæ, Juliæ, & Montium ſunt Weſtphalia,& Haſſia ad Orientem:

tem: Ad Meridiē, Palatinatus Rheni inferioris, & Lotharingia: ad Occidentē Flandria: ad Septentrionem, Hollandia. Aër admodùm frigidus hic eſt, nihilominus territorium admodùm fertile eſt; variæ in his Ducatibus reperiuntur ſcaturigines aquarum calidarum. Principales fluvii ſunt Rhenus, Moſella, Roera, & Lippa, qui omnes influunt in Rhenum, & Moſella quidem prope Confluentiam, Royra prope Doysburgum; Lippa prope Weſalium; nec deſunt varii Canales ob commodum communionis, & tranſportationis.

Poſt obitum Joannis Guilielmi nullos liberos legitimos relinquentis, variæ diſcordiæ, imo bella exorta fuerunt in Germania, ob ſucceſſionem Juliæ, Cliviæ, Montium, Marchiæ. Prætendentes horum ſtatuum fuerunt, Joannes Sigiſmundus Marchio, & Elector Brandeburgenſis nepos Joannis Guilielmi ex parte ſuæ matris Mariæ Eleonoræ. Philippus Ludovicus Dux Neoburgicus Joannis Guilielmi frater, ex parte ſuæ conjugis

gis Annæ . Joannis II. Dux Bipontinus, etiam frater propter conjugem Magdalenam: Carolus Archidux Auſtriæ,etiam frater ob coniugem Sybillam . Quibus etiam acceſſit Carolus Gonzaga, Dux Cliviæ, & Nevers, Potentiores inter hos prætendentes erant Marchio Brandenburgenſis, & Dux Neoburgicus, qui etiam ad arma devenerunt, Brandenburgenſis fretus ope Hollandorum; Neoburgicus confiſus in auxilio Hiſpanorum: tandem hæc res amicabiliter compoſita fuit, & remanſit Neoburgico Ducatus Juliæ, & Montium, cum Dominatu Ravenſteinenſi ad Moſam; Brandenburgico vero acceſſerunt Ducatus Cliviæ, Comitatus Marchiæ, & Ravensberg. Loca principaliora ſunt Duſſeldorpium, Solinga, Clivia, Veſalia inferior, Reeſium, Orſojum, Duisburgum, Emmericum, Comitatus Mörs.

§. 10. *De Weſtphalia*.

Weſtphalia, aliàs fuit patria vete-

rum Saxonum,ejus extenſio comprehendit circiter quadraginta milliaria Germanica ab Oriente ad Occidentem, non comprehendendo Ducatus Juliæ, & Cliviæ, qui ſunt in eodem circulo Weſtphalico. Territoriũ ferax eſt multi graminis, & herbarum, unde abundat animalibus, bobus, porcis, & ſimilibus. PrincipalesWeſtphaliæ fluvii ſunt Weſara, Emſius, & Lippa, qui ſcaturiginem habent in EpiſcopatuPaderbornẽſi; Weſera alluit Monaſterium, plerumque ſuum tractum habet à Meridie ad ſeptentrionem. Inveniuntur ſeptendecim differentes ſtatus in Weſtphalia, videlicet Epiſcopatus Monaſterienſis, Comitatus Bentheimenſis, & Lingenſis; Principatus Oſtfriſiæ: Epiſcopatus Oſnabrugenſis, Comitatus Lippenſis, Ravensburgenſis, Teclemburgenſis, & Dieboltenſis: Comitatus Oldenburgenſis, & Hoyenſis, Epiſcopatus, & Principatus Mindenſis, Comitatus Schaumburgenſis; ad Meridiem, Comitatus Marchiæ, Epiſcopatus Paderbornenſis,

Du-

Ducatus Weſtphaliæ. Monaſterium, Sedes Epiſcopalis, pulcherrima Weſtphaliæ Civitas eſt, Cujus Epiſcopus ad minus, vigiati millia armatorum hominum in campum educere, & poteſt ſuſtentare. In Ducatu Weſtphaliæ reperitur Arnsberga, & Werle. Epiſc. Monaſterienſis habet Cosfeldiam, Meppenam, Vechtam, Stromburgum, Burckelum. In Epiſc. Oſnabrugenſi, principaliora loca ſunt, Oſnabruga, & Iburgum. In Paderborn. Epiſc. Paderborna, & Neuhuſium. Sub Abbatia Corbejenſi habetur Corbeja, & Huxaria. In Epiſcopatu Mindenſi Minda, & Petershagen. Adſunt alii Comitatus Marchiæ, Ravensberg, Schaumburg, Spigelberg, Lipp, Pyrmont, Rietberg, Hoya, Diebholt, Bontheim, Tecklemburg, Stenford, Lingen.

§. 11. *De Saxonia Inferiore, & Electoratu Hannoverano.*

Saxonia inferior ſituata eſt ad Me-

ridiem Daniæ, & habebit quadraginta milliaria Germanica in extenſione ab Oriente ad Occidentem, & totidem à Meridie ad Septentrionem comprehendendo etiam Ducatum Holſteinenſem. Frumenta in abundantia tellus hìc producit, multi etiam notantur ſaltus, & animalia ſylvatica. Dividitur in octo, vel novem partes principales. Electoratus Hannoveranus, Ducatus Lunneburgenſis, & Lavenburgenſis ſunt in medio; Ducatus Brunſvicenſis, Epiſcopatus Hildesheimenſis, Archi-Epiſcopatus Magdenburgenſis, Epiſcopatus Halberſtadienſis ſunt ad Meridiem: verſus Septentrionem reperitur Archi-Epiſcopatus Bremenſis; Epiſcopatus Verdenſis, verſus Occidentem: Ducatus Meckelburgenſis verſus Orientem: Ducatus Holſteinenſis, reſpicit Septentrionem, dependet dictus Ducatus à Rege Daniæ in parte. Fluvii conſiderabiliores ſunt in Saxonia Inferiori, Albis, Weſera; Allerus, Hamma, Ilmenovius, Leinius, Ocerus, Eldus. Quidam dictorum

rum Principatuum gubernantur à ſuis Principibus propriis, præſeferentibus titulum talis Principatûs. Status, Bremenſem, & Verdenſem Rex Sveciæ; Magdenburgenſem, & Halberſtadienſem Rex Pruſſiæ obtinent. Civitates Hamburgenſis, & Lubecenſis ſunt liberæ, Hanſeaticæ, olim erant 66.

Capita Statuum ſunt Lunneburgum ad Ilmenovum, Lavemburgum, ad Albim: Brunſvicum, ad Ocerum: Hildeshemium ad fluvium ejuſdem nominis: Magdenburgum ad Albim: Halberſtadt, & Brema ad Weſerum: Verdena, ad Alerum; Roſtocejum ſtatûs Meckelburgenſis. Electoratûs Hannoverani Reſidentia eſt Hannovera, Civitas munita, cui ſubſunt Calemberg, Hernhauſen, Neuſtad, Wunſtorff, Grubenhagen, Oberwalt, Mons Bructerus; Status Brunſvicenſes, & Zellenſes.

§. 12. *De Saxonia Superiore, & Electoratu Saxonico.*

Saxonia ſuperior in ſe continebit quadraginta milliaria germanica circiter, computum faciendo ab Oriente ad Occidentem, & comprehendendo etiam Luſatiam; à Meridie ad Septentrionem circiter numerantur milliaria viginti quinque: Territorium frumentorum feraciſſimum eſt, ſed non vini, ob aërem rigidiorem: Fluvii principaliores ſunt Albis, Mulda, Sala, Elyſter, Unſtructũ; Sprea, & Neiſſus perlabuntur Luſatiam à Meridie ad Septentrionem.

Dividitur Saxonia ſuperior in Ducatum particularem, & Electoratum Saxoniæ cum Marchionatu Miſniæ, qui ſunt in medio; unus versùs Septentrionem, alter versùs Meridiem: Landgraviatus Thuringiæ eſt ad Occidentem; Marchionatus Luſatiæ ad Oriẽtem. Comitatus Thuringiȩ ſunt Schwarzenburg, Stalberg, Hohenſtein, Beichlingen, Gleichen:

chen : Civitates liberæ, Mühlhuſa, Nordhuſa : Ballivus Ord. Teut. Zwezenæ reſidet. Wittemberga, Civitas principalis eſt Ducatus Saxoniæ; Dreſda, principalis Miſniæ, ubi ordinariè reſident Electores Saxoniæ; Erfurtum, Civitas principalis Thuringiæ eſt, cujus Dominus eſt Archi-Epiſc. Moguntinus. Bautzena, ad Spream, Civitas principalis eſt Luſatię. Abbatia Quedlimburgenſis hùc pertinet. Ad Circulum Miſniæ pertinet Pirna, Haganoa, Königſteinium, Biſchoffſtwerda, Schandavia, Hohenſteinium, Mauriciburgum, Stolpa, Wurcena, Oſchatz, Strela, Mûhlberga, ubi an. 1547. à Carolo V. Joannes Fridericus Elector captus fuit. Miſniæ remanſit Capitulum Canonicorum Cathedr. Ad Circulum Lipſicum pertinet Lipſia, Grimma, Ilenburgum, Borna, Rochlitium, Doebelen, Leiſnick, Colditium, Pegavia. Ad Diſtrictum Metalliferum pertinet Freyberga, Chemnitium, Cygnea, Stolberga, Annabergum, Schneberga, Catharinæberga. Adſunt & alii

Circuli, Weiſſenfelſenſis, Merſeburgenſis, Ziticenſis, &c.

§. 13. *De Franconia Orientali*.

Franconia Orientalis, ad contradiſtinctionem Regni Franciæ Occidentalis continebit ab Oriente ad Occidentem circiter triginta milliaria, & viginti à Meridie ad Septentrionem. Franconia in quibuſdam partibus ſaxoſa, montoſa, & inculta eſt; in aliis locis ferax eſt frumenti, & vini. Fluvii Franconiæ principaliores ſunt Mœnus, Tubera, Rednitz, Pegnitz, Sala. Civitas principalis Franconiæ poteſt eſſe Herbipolis, quia ejuſdem Civitatis Epiſcopus, Franciæ Orientalis Dux audit. Norimberga Civitas libera Imperialis eſt, Artificibus abundat. Mergenthemiũ Sedes eſt Magni Magiſtri Ordinis Theutonici; numeratur etiam ad Circulum Franconium Norimberga cum Rottenberg, & annexis Statibus Civitati conceſſis à Joſepho I. Imperatore, necnon Epiſcopatus,

tus , & Principatus Eichſtettenſis , cum Oppidis Spalt , Herried, &c. Hùc pertinet Epiſcopatus Bambergenſis cum Forchemio, Cronachio, & Lichtenfels . Ad Epiſcop. Herbipol. ſpectat Ochſenfurt , Kizingen , & Mainburg . Ad Marchionatum Culmbacēſem numeratur Bereit, Hof, Vonſidel,Neuſtad,Erbeng, March. Ansbach,Princip.Coburg., Comit.Henneberg , Schwarzenberg , Caſtellenſis , Wertheim , Löwenſtein, Hohenloe, Erbach, Reinech, Dernbach,Dynaſt, Limburg, & Reichelsberg . Civitates liberæ ſunt Schweinfurtum , Rotenburgum ad Tuberam , Weiſſenburgum , Weinshemium .

§. 14. *De Haſſia.*

Varios Status comprehendit Haſſia, ejus extenſio ab Oriente ad Occidentem poteſt eſſe viginti milliarium germanicorum, & totidem à Meridie ad Septentrionem . Hùc Refer, Caſſelium, Zigenheim, Homburg, Creüzberg , Marburg, Princ.

Princ. Hirſchfeld, Comitatus, Schaumburg, Cazenelenbogen, Darmſtat, Giſſa, Itter, Nidda, Butsbach, Rheinfels, Rottenburg, Abbatia Fuldenſis potens. Videatur *Robbè* P. 1. l. 2. c. 5. §. 7.

§. 15. *De Wetteravia; Hiſtoriis, Obſervationibus, & Cæremoniis, quæ fieri ſolent Francofurti in Electione, & Coronatione Imperatoris.*

In Wetteravia varii reperiuntur Comitatus, & Civitates liberæ Imperiales. Nonnulli Wetteraviam Provinciam diſtinctam ab Haſſia benè conſtituunt. Alii illa in Haſſia, tanquam partem in toto includunt.

Francofurtum ad Wetteraviam pertinet, eſtque Imperialis Civitas libera, ubì juxta Auream Bullam Caroli IV. ſolet eligi, & coronari ab Electoribus Imperator, cum ſequentibus cœremoniis, & Obſervationibus, & anno 1659. ibi electus, & coronatus fuit Leopoldus I.

dus I. Imperator: uti & anno 1711. undecimo Octobris Carolus VI. Rex Hiſpaniarum. V. Meum Comp. Geogr. Eccl. fol. 172.

Imperium directum fuit per progenitos è Domo Caroli Magni Regis Galliarum per ſpatium centum, & decem annorum; è Domo Saxonum 117. è Domo Francorum 102. è Domo Suevorum 110. è Domo Auſtriaca, pluſquam 250. annis. Quando declaratus eſt Imperator, conducitur ad Altare majus, pallio pretioſiſſimo Caroli Magni indutus, quod Pallium in veneratione cuſtoditur à Senatu Norimbergenſi. Fridericus Comes Palatinus, fuit in Exilium miſſus anno 1620. vigore proſcriptionis Imperialis, privantis eum Dignitate Electorali; quæ dignitas collata fuit Maximiliano Duci Bavariæ in Conventu Ratisbonenſi anno 1622. à Ferdinando II. Imperatore, & Carolo Ludovico, filio ſupradicti Comitis Palatini, legitimè deſcendenti, collatus fuit Octavus Electoratus inſtitutus à Principibus Imperii anno 1628.

Em-

Emmanueli Duci Bavariæ a. 1705. Electoratus ablatus, Archidapiferatuſque collatus Palatino 1710. 3. Aprilis. Confirmatur in Electoratu Dux Hannoveranus, ipſique commiſſa Monetæ, & Theſauri Præfectura, cum Archi-Signiferatu.

Urbs Francofurtenſis dividitur in duas partes, ultra & cis Mænum: Major Francofurtum, minor Saxenhuſium vocatur, quaſi dicas Saxonum Domum. Utraque verò, uno eodemque jure, & Magiſtratu regitur. Inſignis autem eſt hæc Urbs jure Cœſarum Romanorum ibi deligendorum, quod inde uſque ab Arnulpho I. uſurpatum, ac lege tandem Imperiali à Carolo IV. lata: (quam Auream Bullam vocant:) confirmatum eſt. Adeo, ut ſi forte in Electione duo Cœſares nominentur, alter alterum cum exercitu in agro ſuburbano exſpectare teneatur, & vel prælio decernere, vel ſponte cedere. Ac tunc quidem Victor in Urbem recipitur, & Rex Romanorum ſalutatur. Tale certamen fuit inter Henri-

ricum Landgravium Thuringiæ, & Conradum Friderici II. filium. Idem inter Ludovicum Bavarum, & Fridericum Auſtriacum, & inter Guntherum Schwartzenburgicum Comitem, & Carolum IV. Habet propterea hæc Urbs ædificia ſacra, & profana quam plurima.

Aliàs in Wetteravia quinque Imperiales liberæ Civitates numerantur; inter quas principaliores ſunt Francofurtum, Fridberg, Gelnhauſen, & Wezflaria, in qua ultima Civitate hodiè Imperialis Camera reſidet; numerantur etiam in Wetteravia Domus Naſſovica, Siegen, Dillenburg, Schaumburg, Dietz, Hadamar, Weilburg, Idſtein, Thermæ Emſianæ, Comitatus Hannovienſis, Solms, Weſterburg, Iſenburg, Sayn, Witgenſtein, Hazfeld, Vvied, Cronberg, Vvaldeck, Corbach, Vvildungen.

§. 16. *De Pomerania.*

Pomerania aliàs fuit Provincia Veterum Vandalorum, pertinet ad Circu-

culum Superioris Saxoniæ ; aliqui Geographi nominant hanc Provinciam Pomeraniam ulteriorem ; ad diſtinctionem Pruſſiæ , Pomeraniæ citerioris nuncupatæ . Situata eſt ad Mare Balticum ; & poſſet habere quadraginta milliaria ab Oriente ad Occidentem ; decem vero tantùm à Meridie ad Septentrionem. Limites ejus ſunt ad Septentrionem , mare Balticum : ad Orientem, Pruſſia : ad Meridiem inferior Polonia , & Status Electoris Brandenburgici : ad Occidentem Ducatus Meckelburgenſis . Quamvis clima ſit admodum frigidum, non impedit tamen, quo minus tellus proferat frumenta, & fructus in abundantia. Plurima animalia domeſtica , & Sylveſtria hic notantur , Piſces etiam ſunt boni ſaporis , & in maximo numero . Varii lacus , fluvii , & rivi notantur in Pomerania ; quorum principaliores ſunt Odera , dividens Pomeraniam in duas partes : *Pena* , *Rega* , *Perſante* , *Wipera*, *Stolpa*, *Leba* ; omnes hi fluvii influunt in mare Balticum, excepto fluvio Penæ , influentis in Oderam . Di-

Dividitur Pomerania in duas partes; illa quæ eſt ad Occidentem Oderæ nuncupatur Superior; & alia, quæ eſt ad ejus Orientem, inferior: hæc ſubdividitur in quatuor alias partes; illa quæ eſt ad Occidentem ſubdividitur in quatuor alias partes, videlicet in Veterem Ducatum Pomeraniæ, in Caſſubiam, in Vandaliam, & Pomerelliam, comprehendendo Ducatus Lewenburgenſem, & Buttovenſem. Stetinum; Civitas principalis eſt Pomeraniæ, illa eſt prima inter Civitates Anſeaticas in Collegio Lubecenſi; famam acquiſivit hæc Civitas ob obſidionem factam ab Electore Brandenburgico anno 1677. ejuſdemque longam, ac protractam defenſionem, nihilominus tamen poſtea reſtituta fuit Regi Sveciæ. Pomeraniam Superiorem obtinet Rex Sveciæ, vigore pacis Monaſterienſis de anno 1648. ultra Stetinum, notabiliora loca ſunt, Damum, Uckermunda, Gartia, Anclamum, Demminum, Cutskovia, Vvolgaſtia, Gripſwaldia, Bardum, Damgartum, Tri-

be-

beſium, Stralſundia, Rugia, Uſedomia, Vvollina.

§. 17. *De Regno Pruſſiæ Brandenburgicæ.*

Pruſſia ſituata ad Mare Balticum, primitus fuit Equitum Theutonicorum poſtmodum diviſa, & una pars relicta fuit Polonicæ Coronæ, & altera Marchionatui Brandenburgico; unde dicebatur Pruſſia Regalis, & Pruſſia Ducalis. Per Regalem intelligebatur illa, quæ erat Marchionatus Brandenburgici; ſed cum Leopoldus I. Imperator Titulo Regni decoraverit etiam hanc Ducalem Brandenburgicam; ideo impoſterum dividenda erit Pruſſia in Regalem Polonicam, & Regalem Pruſſicam Brandenburgicam. Hæc ſubdividitur in 3. partes Sambiam, Natangiam, Hockerlandiam.

Civitas Principalis Regni Pruſſiæ Brandenburgicæ eſt Königsberg, ſeu Mons Regalis, ad fluvium Bregelum, qui

qui labitur poſtmodum in lacum Fricenſem, iſte lacus in longitudine continebit milliaria Germanica octo circiter; unum vero tantùm in latitudine. Non procul ab illo alius reperitur lacus Curicenſis nuncupatus, ejuſdem longitudinis ut alter, ſed multo largior. Ultra illa notabilia ſunt Pillavia, Velavia, Fiſchauſen, Memelia, Brandenburg, Heiligenbeil, Bartenſtein, Raſtenburg, Joanneſburg, Marienwerder, Holland, Gilgenburg, Chriſtburg, Kiſenburg, Oſterode.

§. 18. *De Marchionatu, & Electoratu Brandenburgico.*

Inter Collegas Circuli Saxoniæ Superioris, numeratur etiam Marchionatus Brandenburgicus, ita nuncupatus à Civitate quadam ejuſdem nominis principali Marchionatûs, & Electoratûs. Habebit hic Electoratus ab Oriente ad Occidentem in longitudine milliaria Germanica quadraginta; & viginti in

beſium, Stralſundia, Rugia, Uſedomia, Vvollina.

§. 17. *De Regno Pruſſiæ Brandenburgicæ.*

Pruſſia ſituata ad Mare Balticum, primitus fuit Equitum Theutonicorum poſtmodum diviſa, & una pars relicta fuit Polonicæ Coronæ, & altera Marchionatui Brandenburgico; unde dicebatur Pruſſia Regalis, & Pruſſia Ducalis. Per Regalem intelligebatur illa, quæ erat Marchionatus Brandenburgici; ſed cum Leopoldus I. Imperator Titulo Regni decoraverit etiam hanc Ducalem Brandenburgicam; ideo impoſterum dividenda erit Pruſſia in Regalem Polonicam, & Regalem Pruſſicam Brandenburgicam. Hæc ſubdividitur in 3. partes Sambiam, Natangiam, Hockerlandiam.

Civitas Principalis Regni Pruſſiæ Brandenburgicæ eſt Königsberg, ſeu Mons Regalis, ad fluvium Bregelum, qui

qui labitur poſtmodum in lacum Fricenſem, iſte lacus in longitudine continebit milliaria Germanica octo circiter; unum vero tantùm in latitudine. Non procul ab illo alius reperitur lacus Curicenſis nuncupatus, ejuſdem longitudinis ut alter, ſed multo largior. Ultra illa notabilia ſunt Pillavia, Velavia, Fiſchauſen, Memelia, Brandenburg, Heiligenbeil, Bartenſtein, Raſtenburg, Joanneſburg, Marienwerder, Holland, Gilgenburg, Chriſtburg, Riſenburg, Oſterode.

§. 18. *De Marchionatu, & Electoratu Brandenburgico.*

Inter Collegas Circuli Saxoniæ Superioris, numeratur etiam Marchionatus Brandenburgicus, ita nuncupatus à Civitate quadam ejuſdem nominis principali Marchionatûs, & Electoratûs. Habebit hic Electoratus ab Oriente ad Occidentem in longitudine milliaria Germanica quadraginta; & viginti in

ſua latitudine à Septentrione ad Meridiem. Limites ſunt, ad Orientem, Polonia: ad Meridiem, Sileſia, & Saxonia ſuperior: ad Occidentem, Saxonia inferior: ad Septentrionem Ducatus Meckelburgenſis, & Pomerania. Clima frigidum hìc eſt, & protactio hyemis admodum longa. Tellus producit frumenta in magna quantitate, & alia neceſſaria ad ſuſtentationem humanæ vitæ: fluvii ſunt Albis, Odera, Havelus, Sprea alluens Berlinum, & Spandavii irruens in Havelum: Vvarta influit in Oderam Kuſtrinii.

Dividitur Electoratus in tres Marchionatus, veterem, Medium, & novum: Primus eſt ad Occidentem ad Albim; inter Albim, & Oderam ſituatus eſt ſecundus; cum Dominatibus Pregnitz, Ruppin, & Ukermarck verſus ſeptentrionem: ad Orientem Oderæ reperitur tertius Marchionatus, cum Dominatu Sternbergenſi.

Berlinum, ad Spream, hodiè Civitas principalis Electoratûs eſt, ubi

etiam

etiam ordinariè reſidere ſolet Elector, qui inter Electores, & Imperii Principes, admodùm potens eſt; obtinet enim Regnum Pruſſiæ Brandenburgicæ, Electoratum Brandenburgicum, & in Vveſtphalia Epiſcopatum, ſeu Principatum Mindenſem, Ducatum Cliviæ, Comitatum Marchiæ, & Ravensburgi: & in Saxonia Inferiore, Archi-Epiſcopatum, & Principatum Magdenburgenſem, Epiſcopatum, ſeu Principatum Halberſtadienſem, Præfecturam Groſſenſem in Sileſia; habet & Pomeraniam Ulteriorem in parte. Ubi Stadgardia, Caminium, Ducatus Caſſubiæ, Colberga, Belgardia, Coslinum, Ducatus Venedorum, Rügenwalda, Stolpe; Dynaſtiæ Lavenburgenſis, & Buttavienſis.

§. 19. *De Bavaria.*

Ratisbona, Civitas Imperialis eſt, ubi reſidere ſolent Deputati Principum Imperii ad Diætam, in ſuo diſtrictu plures continentur Status immediati: Ipſa

Civitas Ratisbonenſis ; Epiſcopus Ratisbonenſis , Abbates SS. Emmerani , & Cornelii ; Abbatiſſæ Monaſteriorum Superioris , & Inferioris . Ædificata fuit Ratisbona , olim Imbripolis a. C. 32. Dux Elector Bavariæ, Dominus in temporalibus nequaquam eſt Provinciæ Bavaricæ , ſed adſunt variæ Civitates liberæ , Comitatus , & Dominatus independentes ab illo Electore . V. *Robbè* P. 1. L. 2. c. 5. §. 4. *Hund* , in ſua Metropoli , *Bleau* , Coronell.

Diviſa eſt Bavaria in duas partes ; in Superiorem nempe , & Inferiorem : Hæc Orientem , illa Oocidentem ſpectat . Superior verſus Meridiem , alpibuſque vicina , magnis lacubus , & ſtagnis , nec non fluviis , & ſaltibus abundat : Inferior , populis frequentior eſt , agerque ejus excultior , & ad Danubii , Laberæque , & Iſaræ confluentes fertilis , imò feraciſſimus . Comprehendit Bavaria plurimas Regiones , Archi-Epiſcopatum Salisburgenſem ; Epiſcopatus, Paſſavienſem , Friſingenſem , & Ratisbo-

ſbonenſem; Ducatum Neoburgenſem, Landgraviatum Leuchtenbergenſem, & Urbem Imperialem liberam Ratisbonēſem. Tota quidem hæc Regio, Adminiſtrationi Cæſareæ, loco Ducis, & Electoris Bavariæ, paret, exceptis Diœceſibus Eccleſiaſticis, Urbe Imperiali Ratisbonenſi, Ducatu Neoburgenſi, Palatinatu Superiori, & Landgraviatu Leuchtenbergenſi, quæ ſuis quæque Dominis reguntur: ita ut 34. Urbes, 46. Oppida, 72. Abbatias, exceptis adhuc innnumeris Caſtellis contineat. Superioris Bavariæ Urbes ſunt; Monachium, ſitum ad Iſaram flumen, quod ex AlpibusPenninis lapſum Septentrionem verſus volvitur, inque Danubium ſeſe exonerat. Exſtructa, muriſque cincta fertur ab Ottone Duce anno C. 1162. Ultra Monachium, conſiderabiliora loca ſunt, Burchuſia, Landshutium, Straubinga, Ingolſtadium, Kelheim, Donawarta, Braunodunum, Scherdingen, Landsberga, Frideberga, Moſburgum, Dingelfinga, Landavia ad

Iſaram, Vvaſſerburgum, Ottingen.

In Bavaria reperiuntur immediata bona Eccleſiaſtica, Epiſcopatus Friſingenſis, Ratisbonenſis, Paſſavienſis, Prępoſitura Berdolſgadenſis, Abbat. S. Emerani, & Collegia ſuperiùs, & inferiùs Canoniſſarum Ratisbonæ: Adſunt duo Comitatus Orttenburgenſis, & Hohenwaldecenſis, Dynaſtiæ Machſelrainiæ, & Breittenecenſis.

§. 20. *De Palatinatu Superiori, & Ducatu Neoburgico.*

Illa pars Bavariæ diviſa per Danubii fluvium versùs Septentrionem nuncupatur Palatinatus ſuperior, ad contradiſtinctionem inferioris ad Rhenum. Primitùs erat ſub dominio Electoris Palatini, adjunctus poſtmodùm Ducatui, & Electoratui Bavarico; & hodiè iterùm à Statu Bavarico ſeparatus, reſtitutus fuit Electori Palatino; itaut Ducatus Neoburgicus, Palatinatus ſuperior, & inferior eundem Dominum recognoſcant.

Neo-

Neoburgica Civitas Ducatus ejuſdem nominis Caput eſt; & Palatinatûs ſuperioris, Amberga ad rivum Vils propè Nabum ultrà Neoburgum principaliora loca ſunt in Ducatu Neoburgico, Lauginga, Kayſersheim, Höcſtett, celebris ob famoſam Confœderatorum victoriam contra Bavarum an. 1704. Et ultrà Ambergam florent in Palatinatu ſuperiori, Neo-Marchia, Cambum, Landgraviatus Leuchtenbergæ, Ducatus Sulzbachius, Neuſtadel, Sulzberg, Pfreimbda.

§. 21. *De Svevia.*

Vini, & frumenti ferax eſt hęc Provincia, & aër eſt ſalubris. Fluvii Sveviæ ſunt Danubius, qui hìc ſcaturiginem habet. Ultrà Danubium notatur etiam Iſara, Nicarus, Lycus, Verdavus, Brentz. Auguſta Vindelicorum, Caput Sveviæ audit. Vindus quippè in Lycum ſe exonerat in Rhętia, & ab hoc confluxu, qui qui ad Auguſtam fit, dicta eſt Auguſta Vindelicorum: Eſt autem vetus admodum,

dum, & antiqua hæc Urbs, imò antè Romanorum Imperium celebris inter Rhętos, & Germanos; ſed in eam poſtea auſpiciis Cœſaris Auguſti deducta eſt Colonia, ex illoque Auguſta dici cœpit. Templa complura habet, pulchritudine, & antiquitate ſpectabilia, quæ inter primaria ſunt tria, Templum Cathedrale, ubi ex ſuprema Chori parte ſuſpenſum videtur vexillum Caroli V. Imperatoris, ejuſdemque inibi repoſitus gladius, Sceptrum, & Corona aurea, veluti pacis trophęa, conſtituta eo loco an. 1555. Templum Societatis Jeſu mirabile eſt: Templum D.Udalrici, cujus ibi ſepulchrum, ex quo eruta terra vim habet, ut ajunt pellendi glires; ideòque peregrè adverſantibus portiuncula ejus donari ſolet. An.1690. Joſephus I. filius Leopoldi I. Imperatoris, Rex Romanorum Auguſtæ coronatus fuit, qui tamèn Joſephus Imperator Viennæ obiit 17. Aprilis 1711.

Ad Sveviam plurimi pertinent Status liberi, in ſola Civitate Auguſtana repe-

periuntur Principatus ; ipſa Civitas libera, & Epiſcopatus: Archi-Dux Auſtriæ habet in Svevia Marchionatum Burgaviç, Comitatus Montfortii, Breganzii,& Feldkirch, & Hohenberg, Civitatem Conſtantienſem, Dynaſtiam Nellenburgicam, Urbes Eghingen, Rheinfeld, Sickingen, Lauffenburg: Epiſcopatus Conſtantienſis etiam hùc refertur; numerantur ſex Principatus Abbatum, & ſex, aut quinque Abbatiſſarum; quatuor Principes ſæculares, ſcilicèt Wurttembergenſis, Princeps Hohenzollern, Hechingen, & Fürſtenberg: Marchionatus Badenſis, & Durlacenſis; octo Comitatus, quinque Baroniæ; Magnus Prior Alemanniæ Ord. S.Joannis, Præpoſitus Vetenhauſenſis, & triginta quatuor Civitates Imperiales liberæ: Donawerta, Ratisbona, Auguſta, Ulma, Memminga, Campidunum, Lindavia, Uberlinga; Rodewila, Eslinga, Heilbronna, Nordlinga, Dünckelſpila, Leutkircha; Kaufbeüra, Iſna, Wangena, Buchornia, Ravenſpurgum, Biberacum,

Pful-

Pfullendorſium, Buchavia, Gengenbachium, Offenburgum, Cella, Wila, Reutlinga, Wimpina, Hala, Gemunda, Alena, Bobſinga, Gienga. *Duces Württenbergenſes* habent in Svevia Studgardiam, Tubingam, Schorndorſium, Calvam, Leobergam, Sulzam, Weiblingam, Wirtembergam, Teccam; Uracum, Duellium, Dutlingam, Heidenhemium, Neoſtadium, Weitlingiam, Freudenſtadium. *Principes Hohenzollerani* poſſident Zollernum, Sigmaringam, Hechingam, Heigerlocham, Veringam. *Principes Ottingani* gaudent Ottingâ, & Wallenſtein. *Principes Fürſtenbergenſes* obtinent Landgraviatum Barenſem, Fürſtenbergam, Doneſchingam, Stülingam, Heiligenbergam, Trochtelfingam. *Dux Bavariæ* habet Dynaſtiam Wieſenſteigenſem propè Ulmam, ubi Collegiata cum Pręposito. *Dux Marleburgicus* an. 1706. obtinuit à Cæſare Dynaſtiam Mindelheimenſem prope Memmingam. Reperiuntur & in Svevia Comitatus, Ottinganus, Furſtenbergi-

gicus, Pappenheim, Fugger, Sinzendorf, Fridberg, Waldburg, Königſeck, Montfort, Sulz, Geroldſeck, Eberſtein, Helffenſtein. Comprehenditur & in Svevia, Abbatia Campidunenſis, Præpoſitura Elvacenſis, Abbatiæ Marchtalenſis, Elchingenſis, Salmanſweilerenſis, Weingartenſis, Ochſenhuſanus, Irſingenſis, Petershuſanus, Ursbergenſis, Rodenſis, Roggenburgenſis, Weiſſenojenſis, Schuſſenridenſis, Wettenhuſenſis, Gengenbacenſis, SS. Uldarici, & Afræ Auguſtę, S. Georgii in Civitate Iſnienſi. Abbatiſſæ Principiſſæ notantur Buchavienſis, Lindavienſis, Rottenmünſter, Guttencellenſis, Hechenbacenſis, Baindenſis.

§. 22. *De Sileſia*.

Sileſia olim pars fuit Poloniæ, longitudinis quadraginta milliarium, & in latitudine circiter quindecim: Dominum recognoſcit Imperatorem, qui ibi habet Capitaneum Generalem, & is plerumque ſolet eſſe Epiſcopus Uratislavien-

vienſis. Aër mediocriter ſalubris eſt, & Territorium æquale, ac frumentorum feraciſſimum: Nemora, & agri pleni ſunt animalibus ſylveſtribus, & domeſticis: Rivi, & fluvii abundant excellentibus piſcibus. Principaliores fluvii ſunt, Odera, Viſtula, Neiſſa, Weſtrizza, Zatbach, Bartsch, & Baberus. Odera in Sileſia ſcaturire incipit, & illam pertranſit à Meridie ad Septentrionem. Viſtula etiam hìc ſua prima ſcaturiginis fundamenta palam facit; reliqui fluvii, & rivi omnes influunt in Oderam: hæc Provincia continet ſeptendecim Ducatus reperibiles ad tractum Oderæ,& quatuor Baronias liberas Poloniæ vicinas, ac nonnullos Dominatus.

Uratislavia ad Oderam, Caput eſt Sileſiæ, ibi noviter erecta eſt famoſa Studiorum Univerſitas; adeſtq; etiam Epiſcopus Exemptus. Civitas Uratislaviēſis regitur mediante quodam Senatu, in quindecim perſonis conſiſtente, quorum undecim debent eſſe Patritii, nobiles, aut familiæ honoratæ; reliqui quatuor Opi-

Opifices, aut Artifices, aut mechanici eſſe r[illegible]ſunt.

Sileſia dividitur in ſuperiorem, & inferiorem. Superior continet Ducatus Teſchenenſem, Oppavienſem, Carnovienſem, Ratiborienſem, Oppolienſem, Grotkovienſem, & Munſterbergenſem, cum Dynaſtiis Pleſſenſi, & Beutheniana. Inferior comprehendit Ducatus 10. Dynaſtias 4. Ducatus ſunt Uratislavienſis, Swidnicenſis, Jauravienſis, Lignienſis, Brigienſis, Oelſnenſis, Wolavienſis, Glocavienſis, Saganenſis, Groſnenſis. Satrapiæ ſunt Vvarttenbergenſis, Militienſis, Trachenbergenſis, Bethanienſis.

§. 23. *De Moravia*.

Moraviam inhabitabant olim Marcomanni, primitùs titulum Regni habuit, poſtmodùm Ducatûs, tandem Marchionatus; nomen Moraviæ à uno ſuorum fluviorum mutuata eſt; figuram triangularem format; continet circiter viginti quinque milliaria germanica in extenſio-

ſione ab Oriente ad Occidentē, & quindecim à Meridie ad Septentrionem; frumenti, & vini ferax eſt Provincia, maximè propè fluvium Tayam, ſeparantem Moraviam ab Auſtria, & versùs montes; ſeparantes eam ab Hungaria: Variæ in hac Provincia reperiuntur ebullitiones, & ſcaturigines aquarum calidarum. Fluvii, & rivi principaliores ſunt Moravia, pergens à Septentrione ad Meridiem; Swarta, Igla, & Teya. Bruna Caput eſt Provinciæ, ibi inſignis Collegiata fundata eſt, cujus Præpoſitus infulatus eſt. Ab illo tempore, quo fortiter reſtiterunt Svecis, Congregationes Generales ibi celebrantur, quo honore privati fuerunt Olomucenſes, cum abſque ſufficienti reſiſtentia ſeſe Svecis dederint; reliquit ſolùm Imperator Epiſcopum Olomucii cum Canonicis. Loca principaliora ſunt Moravia, Olmucium, Brinnum, Hradiſca, Znoimum, Iglava, Nicolaiburgū pertinent ad Principem de Dietrichſtein.

CA-

CAPUT X.

De Regno Bohemiæ.

AËr non adeo ſalubris eſt in Regno Bohemiæ, & ſæpè ſubjacet peſtilentiæ. Territorium ferax eſt frumenti, & variarum herbarum ordinariarum, & medicinalium. Multi Montes ſunt in Bohemia, habentes venas auri, argenti, cupri, & plumbi. Pauci fluvii repeṙiuntur hìc, unde arguendum eſt excelſo in loco ſituatam eſſe Bohemiam. Hoc Regnum ſemper fuit electivum, nihilominùs Domus Auſtriaca, ſæculo præterito, illud ſibi fecit hęreditarium, exceptis quibuſdam partibus ſeptentrionalibus Sileſiæ, pertinentibus ad Regem Pruſſiæ; quæ omnia fuerunt confirmata vigore Pacis Monaſterienſis. Aliàs Bohemiæ fluvii ſunt Sazawa, Voldavia, Moldavia, Miza, Egra.

Civitas principalis Bohemiæ Praga eſt ad Moldaviam, ibi Status Regni cō-

gre-

gregantur, & Comitia celebrant, inter quos numerantur Archi-Epiſcopus Pragenſis, Sacri Romani Imperii Princeps, & duo ſui Epiſcopi Suffraganei, videlicet Epiſcopus Litomericenſis, & Epiſcopus Reginæ Græcienſis, Magn. Prior Bohemiæ, Ordinis S.Joannis; Magiſter Ordinis Rubeæ Stellæ, & Abbates variorum Ordinum. Famoſa item Studiorum Univerſitas Pragæ eſt, ubi, uti, & in Regno floret Religio Catholica. Ædificata fuit Civitas an.686. Dividitur Regnum in 18. Circulos, Pragenſem, Raconicenſem, Slanenſem, Zatecenſem, Litomericenſem, Boleslavienſem, Gradecienſem, Chrudimenſem, Czaslavienſem, Bechinenſem, Caurzimenſem, Vvltavienſem, Pracenſem, Pilſenſem, Poderbocenſem, Egranum, Cubitanum, & Glacenſem. De Moderno Archi-Epiſcopo, & Suffraganeo Pragenſi, & aliis. Vid. Meum Compend. Geograph. Eccl. fol.219.

CA-

CAPUT XI.

De Regnis Daniæ, Nortwegiæ, & Sveciæ.

§. 1. *De Regno Daniæ.*

SÆculo 9. Haraldus Rex Danorum baptiſmo expiatus, totum Regnum ad fidem pertrahit. Aër admodum frigidus eſt; tellus ferax eſt frumentorum, & paſcuorum, undè hìc nutritur maxima quantitas equorum, & bovum, qui poſtmodùm tranſportantur in Germaniã: Venatio hìc optima eſt, quia multi in ſylvis conſpiciuntur cervi, & apri. Haleces plurimi hìc capiuntur. Flumina conſiderabilia non notantur in Regno Daniæ, ſolùm obſervátur quidam Lacus ſatis largus in partibus Nordiudlandiæ.

Regnum Daniæ dividi poteſt in decem partes principales, ſeu totidem Inſulas Judlandicas, & illas, quæ ſunt ad

ejus Orientem. Judlandia Inſula eſt, quę olim vocabatur Cimbria Cherſonenſis, quæ ſubdividitur in Judjudland, & Nortjudland; una Meridiem, altera Septentrionẽ reſpicit, prout exprimunt nomina. Judjudlandia comprehendit Ducatus Holſteinenſem, Holſatiæ, & Sleſwicæ. Ducatus Holſteinenſis comprehendit quatuor minores Provincias, videlicet Holſteinenſem, Ditmarenſem, Stormarenſem, & Wagerenſem.

Nordjudlandia ſubdividitur in quatuor Diœceſes, videlicet Rypen, Arhuſen, Wiborg, Alborg: Prima eſt ad Meridiem, ſecunda, & tertia in medio, quarta ad Septentrionem.

Novem Inſulæ numerantur Danicę, extenſionis notabilis, cùm etiam mimima habeat milliaria germanica quinque. Nomina autem Inſularum ſunt Zelandia, Fioninia, Langelandia, Salandia, Falſteja, Mona, Alſen, Femeren, & Bornholmia. Zelandia in circuitu habebit triginta milliaria, in longitudine novem, in latitudine octo. Fui-

nen,

nen in circuitu ſe extendit ad milliaria viginti tria, in longitudine octo, in latitudine ſeptem. Reliquæ Inſulæ minorem habent extenſionem. Ultra dictas Inſulas videntur aliæ Inſulæ, videlicet *Leſſo* ad Orientem, Diœceſis Alborgenſis, Anhoutenſem etiam notant inter Vviborgum, & partes Hollandiæ: Heſelum ad Septentrionem Zelandiæ; famoſum ad Septentrionem Fuinen; Arröe ad ejus Meridiem. In Inſula Vvenenſi conſpiciuntur ruinæ Caſtri Uraniburgenſis.

Inter Inſulam Zelandiæ, & Provinciam Schonenſem in Svetia inveniuntur partes Sund: & inter eandem, & illam Fuinenſem, invenitur illa nuncupata *Belt*; & inter hanc ultimam Inſulam, & Judlandiam, invenitur Midelfart, aut *minor Belt* vocata. Videatur *Coronell. Bleau.* Habet & Rex Daniȩ partem Ducatus Sleſvicenſis, Medietatem Ducatus Holſteinenſis, Comitatus Oldenburgenſem, & Delmhorſtenſem, & aliquid in partibus Africæ.

Civitas principalis Daniæ, eſt Hafnia, aliàs Coppenhagen in Inſula Zelandiæ, verſus partes reſpicientes Sveciam; celebris eſt, quia ibi coronantur Danorum Reges, ibidem ordinariè reſidentes; plurima etiam ibi Mercatores habent commercia. Rex Danorum ſemper eligebatur, ſed hæreditarium factum fuit Regnum an. 1659. in perſona Friderici III. gloriosè Svecos Coppenhagen obſidentes expugnantis. Regimen eſt Monarchicum, & Subditi fideles ſunt Regi. In Dania, & Svecia primus Scholas aperit S. Anſgarius an. 831. Ultra Hafniam reperitur Roſchilda, Helſingora, Coronæburgum, Fridericoburgum, Sora, Segersburgum, Ottonia, Neoburgum.

§. 2. *Regno Nortwegiæ*.

Hoc Regnum nomen habet à duobus vocabulis Germanicis, *Nort*, & *Vveg*, quaſi ſit via ad Septentrionem. Habuit ſemper Reges particulares uſque

ad

ad Vveldemarum II. qui poſt ejus obitum unicam reliqut filiam, quæ matrimonio juncta fuit Haguino Regi Daniæ; & ſic iſta duo Regno fuerunt unita, & Haguinus ejuſque Succeſſores aſſumpſerunt, & retinuerunt titulum Regum Daniæ, & Nortwegiæ.

Aër admodùm frigidus eſt verſus Septentrionem, tellus ſterilis. Multi montes inveniuntur verſus Orientem, & lacus verſus Occidentem. Fluvius Glama notabilior eſt inter alios. Prope *Dronthem* lacus reperitur, cujus aqua nunquam glaciem inducet, etiam maximi frigoris tempore, ut refert *Maginus*.

Quinque ſunt Præfecturæ in Regno Nortwegiæ, Aggerhuſa, Bergenhuſa, Drottemhuſa, & Vvardhuſa, Componunt Lapponiam Danicam. Bahuſin hodiè ad Svecum pertinet. Varias habet hoc Regnum Inſulas, maximè verſus partes Occidentales, Maghero, Suro, Samen, Trommos, Stegen, Loffaten, Hitteren, quæ ultima Inſula circumdata eſt aquis, nuncupatis Maelſtrom, ubi

naves, etiam majores triremibus ſeſe perdunt, ſicut in Abyſſu.

Olim *Dronthem*, hodiè *Bergen*, Civitas principalis Regni eſt, ubi etiam Pro-Reges, & Gubernatores reſidere ſolent; exceptis quinque aliis Gubernatoribus nuncupatis, reſidentibus *Aggerbus*, Bergenhus &c.

§. 3. *De Regno Sveciæ*.

In Svecia Bruma rigorem ſuum exercet, aërque frigidus exiſtit per exceſſum, ſed admodùm ſalubris, unde Sveci pertingunt ad annos ætatis centum, & viginti, & adhuc plures. Glacies ibi videtur à menſe Octobris, uſq; ad Aprilem; in aliquibus locis tellus profert ſufficientia frumenta; abundat autem lignis, Sylvis, Montibus, & Animalibus, ſylvaticis, nec deſunt venæ ferri, cupri, ſtanni, & argenti. Haleces, aliique piſces hìc in maxima quantitate capiuntur, ac tranſportantur in Germaniam.

Va-

Varii lacus, & rivi ſunt in Svecia, uti & fluvii, quorum autem tantùm quippe Lapponiæ ſunt navigabiles: Lacus conſiderabiliores ſunt Ladoga, & Oega ad limites Finlandiæ, Ula, & Pejenda in eodem Ducatu. Vvenerus & Vvetherus in Gothia. Melerus in Svecia.

Dividitur Regnum Sveciæ in Septem principales partes, quæ ſunt Gothia, Svecia, Lapponia, Finladia, Livonia, Ingria, & Pomerania. Tres priores ſunt ad Occidentem Maris Baltici, & Lacus Bothniæ; tres aliæ ad eorum Orientem; Poſtrema ex una parte verſus Mare Balthicum; ex altera parte verſus Germaniam inferiorem.

An. 1257. ædificata Stockolmienſis Civitas, ſituata inter mare Balticum, & lacum Melerum, Civitas principalis Regni, & reſidentia Regis eſt. Regimen Monarchico-Ariſtocraticum eſt, ob Dominatus in eo exiſtentes. Reges aliàs eligebantur; ſed à tempore Guſtavi I. illud hæreditarium eſt factum.

Principaliora loca ſunt Upſalia, Alandia, Nicopia, Aroſa, Arboga, Orebroa, Lincopia, Stegeburgum, Calmaria, Jenecopianga, Vexſia, Veſtrovicum, Brombſebroa, Borckolmia, Oſtenbua, Visbia, Gothenburgum, Elfsburgum, Philippoſtadium, Caroloſtadium, Dalesburgum, Helmoſtadium, Laholmia, Varburgum, Lundis, Coronia, Malmogia, Helſingoburgum, Chriſtianopolis, Caroli-Corona, Chriſtianoſtadium, Caroli portus. Norolandia Comprehendit Geſtriciam, Helſingiam, Medelpadium, Jemptiam, Angermaniam, Bothniam, Lappiam Svevicam. Jungito Finlandiam, Cajaniam, Sarolaxiam, Traſthiam, Nilandiam. Ingermannia ab a. 1703. eſt in manu Moſcorum, cum Civitate Nervæ, & Rigenſis capta a. 1710.

CA-

CAPUT XII.

De Polonia.

POlonia olim fuit pars Veteris Sarmatiæ; habet in Longitudine ab Oriente ad Occidentem milliaria Germanica, centum, & quinquaginta; & centum à Meridie ad Septentrionem.

Verſus Occidentem aër Poloniæ frigidus eſt, & purus, & tellus profert frumenta, & fructus in abundantia: verſus Meridiem, territorium montoſum eſt, & in iis variæ ſunt venæ argenti, cupri, ferri, plumbi, & mineralium: ad Orientem, verſus Lithuaniam aër frigidus, ſed eſt inſalubris. Patria plena eſt Sylvis, lacubus, & rivis, & fluminibus, quorum principalior eſt Viſtula alluens Craccoviam, Sandomiriam, Varſaviam, Uladislaum, Thornium, Culmium, & Dantzicam, Caput Civitatum Anſeaticarum Alemanniæ. Warta progreditur per Siradiam, & Poſnaniam,

niam, influit in Oderam: Dugus irruit in Viſtulam: Duna influit in lacum Rigenſem. Nieperus, aliàs Borſthenes, alluit Smolens*k*um, Lithuaniam, Kioviam, Ucraniam, tandem irruit in mare nigrum: Nieſterus, & Bogus pariter in idem mare nigrum influunt.

Dividitur Polonia, in Regnum Poloniæ, & Magnum Ducatum Lithuaniæ; & Regnum, & Ducatus, diſtinctos habet officiales, veluti Mareschallos, Cancellarios &c. Regnum continet varias Provincias, & partes Poloniæ contiguas, & imprimis Superiorem, & inferiorem Poloniam, partem Pruſſiæ verſus Occidentem: Ruſſiam, Poloniam, Ucraniam, excepto Chiovio, & quibuſdam villis verſus Meridiem: Mazoviam, Polacciam, Poleſiam, Volhiniam: verſus Orientem, Lithuaniam, cujus limites tangunt Ducatus Novogrodecenſem, & Smolens*k*enſem diſmembratos; & tandem ad Septentrionem etiam Lituaniam, cum Samogitia, & Ducatu Curlandiæ. Samogitia dependet à Co-

rona Polonica; Ducatus Curlandiæ eſt ſolum feudatarius, & ſub Regni Protectione. V. Meum Comp. Geogr. Eccleſ. fol. 221. Gneſna à Lech conditur à 550. Craccovia a. *686*.

In Pólonia minore ſunt Palatinatus Craccovienſis, Sandomirienſis, Lublinenſis; In Polonia majore ſunt Palatinatus Poſnanienſis, Caliſſinenſis, Siradenſis, Lencizilenſis. In Maſovia notatur Varſavia, Villa nova, Ploſcum, Dobrinum. In Polachia reperitur Bielca, & Drogiczinum. In Cujavia, Palatinatus Perſtienſis, Inoloczenſis. In Ruſſia Rubra habetur Palatinatus Lembergenſis, Belzenſis, Chelmenſis. In Podolia eminet Caminecia. In Ucrania, Palatinatus Kiovienſis, & Braclavienſis. Ad Lituaniam pertinent Palatinatus Vilnenſis, Trocenſis, Breſſicienſis, Novogrodenſis, Minſcienſis, Witepskienſis, Polocenſis, Smolenſcenſis. In Samogitia, habetur Roſienia, Mednicia, Birſen. Pruſſia Polonica dividitus in 4. Præfecturas, Mariæburgenſem, Culmenſem,

Var-

Varmienſem, Pomerelliæ, in qua Dantiſcum. In Curlandia, & Sem Gallia habetur Mittavia, Godlinga, Vinda, Liba.

CAPUT XIII.

De Moſcovia, ſeu Ruſsia, & Tartaria.

MOſcovia, vel alba Ruſſia eſt pars antiquæ Sarmatiæ, & magis extenſa, quam reliquæ Europęicæ Provinciæ, nomen accepit à Civitate principali *Moſcow*, vel fluvio ejuſdem nominis, qui eandem perlabitur; ſe extendit in longitudine ad centum, & plura milliaria: limites ejus ſunt ad Septentrionem Mare glaciale: ad Orientem Magna Tartaria: ad meridiem fluvius Tanais, & minor Tartaria: ad Occidentem Polonia, Svecia, & Nortwegia.

Sylvæ, & lacus plurimi adſunt; in aliquibus locis territorium eſt frugiferum, in aliis ſterile. Volga fluvius eſt

Mo-

Moſcoviæ tractûs longioris : Tanais, Datina, Obyus, Jeneſcius, Betzora, Weima, Koma, Occa, Onega, fluvii ſunt non exiguæ conſiderationis. Non adeo conſiderantur lacus *Biel Oſero*, *Iranowoſero*, & latus *Ilmentus*.

Civitas Principalis eſt Moſcua, ubi ordinariè reſidere ſolet Dux, aut Czar. Novogrodum, Suſtalum, & Roſtowum Civitates Archi-Epiſcopales, & Status Notabiliores ſunt. Provincia itaque Moſcoviæ eſt inter Occam, & Volgam, ad tractum hujus fluvii ſunt Provinciæ Rſchowa, Tueria, Roſtovia, Jaroslavia, Suſdal, & Niſi-Novogardia: ad Meridiem ejuſdem fluvii ſunt Czeremiſſi-Nagornoi, Morduates, & alii ſtatus tangentes minorem Tartariam. Ad tractum Occæ, ſunt Provinciæ Worotin, Rezan, & Wolodimer, jungendo Lithuanicas partes Sewieræ, Smolenski, & Biels*k*ię, cnm parte Orientali Palatinatûs Kioviẽſis. Intra tractum Volgæ à Meridie ad Septentrionem, & Status Svecicos, reperiuntur Novogrodweli*k*i, & Pleſcovia:

via:

via: ad Septentrionem ejuſdem fluvii eundo ab Occidente ad Orientem, inveniuntur Provinciæ Biel-Ozero, Vologda, Weſtioug, & Czeremiſſi-Logowoi, Wiarka, Permiski. Verſus Oceanum Septentrionalem, ſeu mare Moſcoviæ, eundo ab Oriente ad Occidentem occurrunt Provinciæ Petzora, Juhora, Condora, Dwina, Karpapol ad mare album, cum Lapponia Moſcovitica.

Partes, quas Magnus Dux Moſcoviæ ſibi reddidit tributarias in Tartaria, dividi poſſunt bifariam, quarum una eſt circa Meridiem, & circa Volgam; altera ad Septentrionem, vel ad tractum Obii. Ad tractum Volgę ſunt Regna Cazan, Bulgariæ, & Aſtracaniæ: ad Orientem ſunt Zavolha, & Nagaya, cum partibus Coſaccorum, & Scibanſcorum. Ad ſiniſtram Obii, ſunt Provinciæ Siberiæ, & Obduræ: ad dextram exiſtunt Lucomoria, Loppia, populi Samoyedes, & Tingoenſes.

Maxima hæc Europæ Provincia gubernatur à Magno Duce, Czar, ſeu Im-

Imperatore nuncupato. Monarchia hæreditaria eſt, ubi abſque liberis diſcedit, Imperator proximè conjunctus ſuccedit in Statibus. Regimen deſpoticum eſt, quia habet poteſtatem vitæ, & necis, in ſubditos. Totius Europæ ditiſſimus Princeps audit; Græcus Schiſmaticus. Habet enim in Ruſſia Occidentali Ducatùm Pleſcovienſem, Lacum Ilmenum, Tueriam, Reſchoviam, Bielkiam, Ducatum Smoleſcenſem, Severienſem, Czernichovienſem, Vvorotinenſem, Novogardienſem inferiorem, Volodimeriæ, Suſdaliæ, Moſcoviæ, Vvologdam, Dynaſtiam Polæ, Mortuæ, Roſthoviæ, Jeroslaviæ, Bielæ, Ozoræ, Cargapoliæ, Duinæ. In Moſcovia Orientali comprehenduntur Ducatus Vviatkæ, Dynaſtiæ Jugriæ, Petzoræ, Condinſiæ, Premæ, Uſtiugæ. In Moſcovitica Tartaria comprehenduntur Regna Aſtracanum, Bulgariæ, Caſanum, Siberiæ, Samocedæ. Leporia Maritima, Terſa Granduicenſis.

Tartaria triplex eſt, Magna, Ruſ-

ſica,

ſica, Minor, ſeu Europæica. In Semi Inſula Taurici Cherſoneſi ad mare nigrum moratur Cham, ſeu Rex Tartarorum, Vaſallus Turcici Imperatoris, ubi principaliora loca Bacaſara, Crimæa, Præcopia, & Capha, ac Aſach a. 1696. capta à Moſcis, 1712. reſtituta Turcis. Coſacci alii ſunt Zaporovienſes, alii Donskii; quorum alii Polonis, alii Turcis, alii Moſcis adhærent.

CAPUT XIV.

De Hungaria, & Turcia Europæica.

OLim fuit hæreditarium Regnum Hungaricum, poſtmodum Electivum, ab anno autem 1527. iterum hæreditarium effectum eſt, quo Ferdinandus Caroli V. Imperatoris frater electus fuit Rex Hungariæ poſt obitum Ludovici Regis; in hoc Regno ad S. Guntheri Anachoretæ preces, pavo aſſatus avolavit è menſa S. Stephani Hungariæ Regis, ita Muſantius: ad Septentrionem Bohemia,

mia, & Polonia: ad Meridiem Servia, & Boſnia, à quibus ſeparatur per Danubium, & Savum: Illyricum exiſtit ſituatum etiam inter Danubium, & Savum.

Aër in Hungaria inſalubris eſt, & aquæ plerumque fœtentes, excepto Danubio. Territorium feraciſſimum eſt vini, & frumentorum, ac fructuum. Equi Boves, & oves in Hungaria optimi ſunt: Piſces in maxima quantitate in Hungaria capiuntur. In montibus reperiuntur venæ auri, argenti, cupri, ferri &c. Aquæ calidæ etiam ſine igne naturaliter hic oriuntur.

Fluvii principales in Hungaria ſunt Danubius, Dravus, Savus, Teyſſa, Tibiſcus, Mariſcus, Rabus formans Inſulam ejuſdem nominis, Vagus, Granus, Sarwiza, lacus Balatan, lacus Neuſidleranus, & Beczkerkianus. In hoc lacu Ludovicus II. Hungariæ Rex, à Solimanno victus, fugiens perit a. 1526.

Hungaria eſt alia Superior, cujus caput eſt Poſſonia; & inferior cujus caput eſt Buda, poſt longam obſidionem

capta à Cœſareanis an. 1686. Hic olim reſidere ſolebant Reges Hungariæ.

In Hungaria Superiore notabile eſt fortalitium Comorræ in Inſula Schuttenſi; cum fortalitiis Neuheuſel, & Leopoldſtat. Magnum Varadinum famoſum pariter fortalitium eſt verſus Tranſylvaniam. Temeſvar, fortalitium Turcicum eſt. In Hungaria inferiore poſt Budenſe fortalitium, notantur varia Fortalitia, Jaurinenſe, Strigonienſe, Stulweiſſenburgenſe, Caniskenſe, & Sigetheaſe, cum Agrienſi. Buda, olim Sicambria, ædificata fuit a. C. 234. In Sclavonia, ſeu Illyrico, Eſeccum fortalitium famoſum exiſtit, uti & Petri Varadinum, & Carolovicum, ubi anno 1699. pax concluſa eſt cum Turcis. V. Meum Comp. Geogr. Eccl. & in Croatia, Caput Caroloſtadium eſt, & Vvichizia fortalitium Turcicum.

In Boſnia, duo ſunt bona fortalitia, Banialuca, & Jaicza, quæ adhuc occupant Turcæ. In Dalmatia Cœſareum fortalitium eſt Senſium; Jadera Venetorum;

rum ; Arcegovina , Turcarum . Raguſium, libera Republica eſt ſub protectione Turcica. In Servia, Bellogradum, vel Bellegradum Turcicum, Janua eſt in Hungariam. In Tranſylvania, Hermannoſtadium Caput, & Cronſtadium, fortalitium eſt verſus Vallachiam. Alba Julia, urbs pariter nominata eſt. Tranſylvania primitùs erat Tributaria Turcis, hodiè Cæſari.

In Vallachia, Reſidentia Terviſco eſt, territorii Dominus eſt Princeps proprius Illyricus, Turcis ſubditus, Hoſpodar in linqua Vvallachica nuncupatus. Similiter in Moldavia, Urbs principalis Jeſſy eſt, habens ſimiliter proprium Principem, ſed Turcæ ſubditum. In Bulgaria Turcica, Urbs Mercatorum Sophia, magnum nomen habet. Romania inſignis Provincia eſt Imperii Turcici, in qua Conſtantinopolis, & Adrianopolis. Prope Conſtantinopolim in anguſtia maris duæ ſunt arces fortiſſimæ, Dardanellæ nuncupatæ. Conſtantinopoli Juſtinianus Templum S. Sophiæ erexit,

eique 565. ſuburbia pro dote aſſignavit, & Clericos 1000. Deo quotidiè ſervientes conſtituit.

Bibliotheca Conſtantinop. corruit Codices continens 220000. ann. 426. Leo IV. Imperator, coronam auro, gemmiſque inſignem, ex S. Sophiæ Æde raptam, ſuo capiti imponens, mox febre correptus moritur an. 780. Conſtantinopolis ædificata fuit 633. annis ante adventum Chriſti à Pauſania, Rege Spartanorum, dicta Byzantium a. 332. ſedes fuit Conſtantini Imperatoris, capta à Turcis, & poſtmodum iterum à Venetis, qui 4. equos ſupra portam Eccleſiæ S. Marci exiſtentes Venetiis Conſtantinopoli ſuſtulerunt, qui olim erant ſupra arcum Titi, & Veſpaſiani Romæ translati illuc à Conſtantino, novam Romam Conſtantinopoli conſtruere volendo. Hæc pars Turcica, Regnum Thraciæ olim nominabatur, poſtmodum nomen Romaniæ accepit à translatione Imperii ad Orientem; unde Conſtantinopolis, Roma; & Provincia, Romania dicta

ſuit;

fuit ; ejus extenſio poteſt eſſe ab Oriente ad Occidentem, milliarium Germanicorum quinquaginta, & triginta quatuor à Meridie ad Septentrionem ; limites ejus ſunt ad Orientem, Mare nigrum, Boſphorus Thraciæ, Mare Marmoræ, & Heleſpontus ; ad Meridiem Archipelagus : ad Occidentem pars Macedoniæ, & Bulgariæ : ad Septentrionem Mons Derventus, aliàs Hæmus, qui ſeparat Thraciam à Bulgaria. Peſtilentia ſæpiùs furorem ſuum ibidem exercet, quod aliqui ventis de mari nigro flantibus attribuunt ; aliqui vero, quod incolæ plerumquæ dormiant in terra veſtiti, & uniant multos humores, aërem peſtiferum facilè ſuſcipientes. Vini non adeo, potiùs frumentorum, & fructuum ferax eſt Provincia ; nec deſunt venæ argenti, plumbi, & aluminis. V. *Bleau* in Atlante Majore.

Principalis fluvius Thraciæ, ſeu Romaniæ eſt Mariza, in cujus fundo inveniuntur in aliquibus locis venę aureæ; oritur is fluvius in pede montis Rodo-

pes, verſus Macedoniam, qui ab Occidente ad Orientem fluit uſque Adrianopolim, & in medio ſe retorquet verſus Meridiem, lambendo Trajanopolim influit in Archipelagum. Non procul ab inde videtur lacus Biſtognienſis, qui habet in circuitu 12. milliaria Germanica. Turcarum Imperator potius reſidet Adrianopoli ad Marizam, quam Conſtantinopoli, ob peſtem, quæ ſæpiſſimè invadit illud Provinciæ Caput; Conſtantinopolim, ibi Catholici habent exercitium Religionis: Græci etiam, & Hebræi poſt Turcas.

Bulgaria, & Servia, olim nuncupata fuerunt Mæſia, occupando in extenſione centum milliaria Germanica ab Oriente, ad Occidentem à littoribus maris nigri, uſque ad fluvium Drinum, ſeparantem Serviam à Boſnia,& ſeſe extendentem in latitudine inter Danubium, cujus limites ſunt ad Septentrionem, & Montes ſeparantes eam à Thracia, & Græcia verſus Meridiem. Territorium, fertiliſſimum eſt, ſed plerumque

in-

incultum ob timorem Turcarum; aër admodùm temperatus, & ſalubris exiſtit.

Rivi notabiliores ſunt Savus, recipiens Drinum, & Moravus recipiens Niſſavam, & Iskam, qui omnes influunt in Danubium, limitibus cingentem illas partes ex parte ſeptentrionis. Una pars iſtarum Provinciarum, ad Imperatorem, alia ad Venetam Rempublicam, & alia pertinet ad Turcas. Sophia, Civitas Bulgariæ principalis eſt, ſituata in via Conſtantinopolitana verſus Viennam; muros non habet, ob vaſtitatem Urbis: Beglierbejus Rumeliæ ordinariè ibi reſidet: Semandria Caput eſt Serviæ. Belgradum ad Danubium, Caput eſt Raſciæ, captum ann. 1688. à milite Cæſareano. Græcum Religionis exercitium, ut plurimum hìc floret, habent etiam Eccleſias Catholici, Synagogas Hebræi, Moſcea Turcæ.

Boſnia, Illyricum, ſeu Sclavonia, Croatia, & Dalmatia, occupabunt in longitudine ab Oriente ad Occidentem quinquaginta milliaria Germanica, &

à Meridie ad Septentrionem quadraginta : ad Septentrionem limites ſunt Hungaria ; ad Orientem , Servia , & Albania : ad Meridiem lacus Venetus : ad Occidentem Carniola , & Comitatus Cilleyenſis . Aër dulcis eſt , & temperatus ; territorium , quamvis montoſum , tamen ferax eſt frumenti , vini , & fructuum . Inveniuntur ibi venæ auri , argenti , & aliorum mineralium .

Fluvii ſunt conſiderabiliores harum Provinciarum . Travus, Savus , Drinus, Boſſena , Unna , Kulpa . Diviſio probabilior eſt harum partium , quod Boſnia , ſit ad Orientem , verſus fluvium Boſſenam , inter Savum , & Dalmatiam . Illyricum, ſeu Sclavonia eſt verſus ſeptentrionem inter Dravum,& Savum. Croatia eſt verſus Occidentem , circa Unnam , & Kulpam . Dalmatia , eſt verſus Meridiem ad extenſionem Lacus Veneti, comprehendendo etiam Statum Reipublicæ Raguſinæ . Boſna Serajo , ad fluvium ejuſdem nominis hodiè , & olim Jaycza Caput fuit Boſniæ : Poſega in Il-

ly-

lyrico: Wihitz, & Scardona in Croatia, Civitates principales ſunt Regnorum: uti & Raguſina Civitas florentiſſima, populatiſſima, & mercatoribus ditiſſimis refertiſſima, Caput eſt Reipublicæ: Religio Catholica hìc ut plurimùm floret: nec deſunt tamen ſectatores Græcorum, & Turcarum.

Quandam partem Hungariæ poſſidet adhuc Turcia, & videtur poſſe dividi in duos Beglierbejatus, ſeu Satrapias, Temeſvarienſem ad Temeſium, & Kaniſienſem prope Salam. Primitus erat etiam in eorum poteſtate Budenſis, & Acrienſis, ſed hodiè ſtant in manibus Cæſaris. Territorium ejuſdem eſt fertilitatis, ac Hungariæ Chriſtianæ. Fluvii etiam ſunt iidem.

Dacia dicitur, omne id, quod partes Turcis Tributarias comprehendit, & ſunt Valacchia, Moldavia, Beſſarabia. Quæ Provinciæ per longum temporis ſpatium ſubditæ erant Regibus Hungariæ, & Poloniæ, qui illuc mittebant Gubernatores, quorum jugo excuſſo auxilium

lium Turcicum imploraverunt, & ſeſe illis tributarias fecerunt.

Hæc Provincia minor Tartaria dicitur, ad contradiſtinctionem majoris, quæ eſt in Aſia. Extenſio ejus poſſet eſſe centum milliarium Germanicorum ab Oriente ad Septentrionem; & triginta à Septentrione ad Meridiem, abſque comprehenſione Crimeæ, quæ ab eadem parte poteſt eſſe 25. milliarium, & quadraginta ab Oriente ad Occidentem. Conſtringitur inter Nieperum, & minorem Donum, ſeparantem eam in parte à Moſcovia, cujus limites habet verſus Septentrionem, & Orientem; ad Meridiem tangit mare nigrum, mare *Zabachiæ*, & majorem Donum: ad Occidentem attingit Nieperum, & Montes ſeparantes à Polonia. Aër admodùm ſalubris eſt, territorium in quibuſdam locis ferax eſt vini, & frumentorum: in quibuſdam vero locis admodum eſt ſterile, & incultum. Conſiderabiliores Scythiæ fluvii ſunt Nieperus, aliâs Boriſtenes, major, & minor Donus. Dividitur minor

nor Tartaria in duas partes, quarum prima eſt verſus Septentrionem inter Nieperum, & Minorem Donum; altera Semi-Inſula eſt, Crimea nuncupata, cujus caput eſt Krim, ibi Chammus Tartariæ ordinariè reſidet. Prima Tartariæ pars quaſi deſerta eſt, habitata tantùm à Tartaris Nogais*k*is, nullam manentem Civitatem, aut ſtabiles domos habentibus.

CAPUT XV.

De Græcia, ſeu Rumelia.

GRæcia, ab Originariis Hellas, à Turcis Rumelia nuncupatur. Ejus extenſio à Septentrione ad Meridiem poterit eſſe circiter centum milliarium Germanicorum, interdum ſexaginta, quinquaginta, aut quadraginta ab Oriente ad Occidentem. Limites ejus ſunt ad Septentrionem Montes excelſi: ad Orientem, Archipelagus: ad Meridiem, mare Mediterraneum: ad Occidentem idem mare, & etiam Adriaticum. Aër admo-

dum

dum ſalubris eſt, territorium ferax frumentorum, vini, & fructuum.

Dividitur in Macedoniam, Theſſaliam, Albaniam, Epirum, Achajam, Peleponeſum; Macedonia, & Teſſalia ſituata exiſtunt verſus Archipelagum; ſequuntur Albania, & Epirus, quorum unum exiſtit verſus lacum Venetum, alterum verſus mare Joniæ. Achaja eſt ad Meridiem Epiri, & Theſſaliæ. Peleponeſus, vel Morea eſt ad Meridiem Achajæ, à qua ſeparatur per lacum Lepanticum, ſituatum intra Archipelagum; & mare Meditertaneum.

Macedonia, quondam patria, & Regnum hęreditarium Alexandri Magni, maxima Provincia eſt totius Græciæ. Prope Syderocapſam inveniuntur locupletiſſimæ venæ auri, quas veteres nominaverunt Chryſites. Notatur etiam in hac Provincia Mons Athos, ſeu Mons Sanctus, in quo monte numerantur viginť tria Monaſteria Monachorum græcorum, qui terram colendo vivunt de labore manuum ſuarum: Civitas Principa-

pa-

palis Macedoniæ eſt Theſſalonica ad lacum ejuſdem nominis.

Albania, quondam pars Macedoniæ, patria fuit famoſi Scanderberg, qui obtinuit 22. victorias contra Turcas: Alexienſis Civitas ad Oſtia Trini, Civitas principalis eſt Albaniæ. *Theſſalia*, patria fuit Achillis, & Jaſonis; Cæſar hìc vicit Pompeum, & Auguſtus Caſſium, & Brutum. Civitas principalis Theſſaliæ, eſt Lariſſæa, ſituata ad fluvium Penæum, quem Turcæ nominant Aſababam, verſus lacum Theſſalonicæ.

In *Epiro* Civitas principalis eſt Arta ad lacum ejuſdem nominis, quondam vocabatur Ambraccia, & ibi ordinariè reſidere ſolebant Reges; Adeſt & Chimera, Buthrodum, Promontorium, Actium. *Achaja*, Græcia particularis, & Livadia dicitur, attingit ex parte Orientis Beotiam, Megaridem, & Atticen, qui Ducatum Athenienſem conſtituit, in medio comprehendit Doridem, & Phocidem, ubi fuit famoſum Oraculum Delphicum, Mons Helicæus, & Parnaſ-

naſſus : ex parte Occidentis Etoliam, & Locridam; patriam Ajacis. Celebriores Achajæ Civitates ſunt Athenæ, & Thebæ : Stives Beotiæ, & Megaræ Megarides, patria *Euclidis* inventoris Elementorum, & Mathematicæ. *Morea*, aliàs *Peleponeſus* ſeparatur ſolum à Megaride per Iſthmum. In medio reperitur fluvius, aut rivus *Stix*, cujus aquæ ſunt mortiferæ, propter frigus in extremo gradu. Bajaſethus II. Imperator Turcarum hanc Provinciam anno 1500. Venetis abripuerat, cujus ſucceſſores illam retinuerunt uſque ad annum 1685. quo anno ſub directione Generalis Moroſini, Veneti receperunt meliores partes hujus Provinciæ cum Corona, Paſſava, Calamata, Novarin, Modon, & Neapoli Romaniæ. Dividitur hæc Provincia in quatuor partes, primò in Zaconiam, comprehendentem partes veteres Laconiæ, & Arcadiæ; ſecundò in Belvedenſes partes, includentes Elidam, & Meſſeniam; tertiò in Chiarenzam, comprehendentem totam Achajam; quartò

in

in Saccaniam, vel Romaniam, includentem Argiam, & ann. 1687. captæ à Venetis, partes Corinthicæ, & Sicyonicæ. Notabiliores Civitates ſunt Corynthus, Argus, Lacedemon. An. 1687. expugnata Modon. Lat. Methone a. 1686. Corona ann. 1685. capta à Venetis, & Neapolis Romaniæ &c. Incolæ Corinthiaci fuerunt excellentiſſimi in Græcia, propter Architecturam, & Sculpturam. Argus caput eſt Regni Agamemnonis, quorum Rex erat primus inter alios Græciæ Reges Trojam obſidentes. Lacedomonia, vel ſparta, hodiè Miſitra celebris eſt propter antiquam Rempublicam, Tributariam ſibi facientem quaſi totam Græciam. Menelaus, conjux ſpecioſæ Helenæ Rex fuit ſpartæ.

Inſula Candiæ quondam titulum habuit Regni Cretici: habet 40. milliaria Germanica in extenſione ab Oriente ad Occidentem, & duodecim in latitudine à Meridie, ad Septentrionem. Aër admodùm ſanus eſt, & territorium abundanter vina, fructus, & frumentà

pro-

producit; & hìc fiunt vina Malvatica Candiæ; ficus, mala Aurantia, & Citrina, mira in magnitudine, & quantitate hìc reperiuntur. Oleum hìc conficitur optimum: prata plena ſunt ovibus, & bovibus; vulpes, cervi, & nulli lupi hìc notantur, minus animalia venenoſa, excepto Palangio, cujus morſus ſunt mortiferi; eſt autem Palangium ſpecies aranei. Flumina navigera nulla ſunt in Candia, ſoli duo rivi, Armirus, & Iſtonia obſervantur. Inter montes ſolus Philoritus notatur, appellatus olim Mons Ida. Anno 1494. Veneti poſſeſſionem Inſulæ acceperunt, qui ibi longo tempore rexerunt mediante Provedito-re Generale; hodiè Turcis ſubeſt, qui illam cœperunt ann. 1669. poſt plurium annorum obſidionem. Græci Catholici ibi multi reperiuntur; primitùs ibi erat Archi-Epiſcopatus. In tractatu pacis concluſo inter Venetos & Turcas ann. 1669. remanſerunt ſub poteſtate Veneta, 3. fortalitia Garabuſæ, Sudæ, & Spinælongæ, ſituatæ ad littus verſus Ar-

chi-

chipelagum. Garabuſam an.1692. cœperunt Turcæ.

Inſula Negreponti, aliàs Euboæa dicitur, habet in circuitu Sexaginta milliaria Germanica; admodum ferax eſt frumenti, vini, & olei. Civitas Negreponti, aliàs Chalcis facit Caput Inſulæ, ſituata eſt verſus Boetiam, cum qua habet etiam communicationem mediante aliquo ponte. Gemit adhuc illa Inſula ſub immani Turcarum Tyrannide; Sereniſſima Reſpublica Veneta poſſidet Inſulas Maris Jonii, Corcyræ, Leucadiæ, Cephaloniæ, Zazynthi, Cytheræ, Echiradis, ubi ann. 1572. Claſſis navalis Turcica profligata.

Inſulæ Archipelagi ſunt Cyclades, Sporades, & Neutrales, Lemnus, Mityllene, Chius, Scyrus, Salamis, Samus, Icaria, Delus, Tenos, Andros, Parus, Naxus, Melus, Aſtypalæa, Pathmus, ubi S. Joannes Evangeliſta relegatus fuerat. In iſtis Inſulis reperiuntur 145000. Chriſtiani, tributum dantes Turcico Imperatori. M. *Ricaut*,

Hiſtorie del Eſtat preſent de l'Egliſe Greque p.1. c.19.

Notandum pro folio 88. Narnium, cũ Utricolo ejuſdem Civitatis pago, potius in Umbriam, quam ad partes Sabinenſes transferendùm eſſe; Joannes XXII. PP. Narnienſis fuiſſe dicitur, uti & 4. Cardinales de Domo Cœſia, Bernardinus Scotus, Bernardus Ærulus, & Joſephus Sacripantes, adornator Confeſſionis S.Juvenalis, & erector Hoſpitii, pauperum Juvenum, addiſcentium artem lanificam, ſeu pannorum texendorum; inter homines illuſtres Narnienſes numerandus famoſus Gattamelata, Generaliſſimus terrâ marique Sereniſſimæ Reipublicæ Venetæ, cui Paduæ erecta fuit Statua marmorea Equeſtris. In Cathedrali reperitur corpus S. Juvenalis primi Epiſcopi, uti & S. Caſſii, ſimiliter Epiſcopi Narnienſis. Pes B. Luciæ Narnienſis ſeparatus à corpore, quod integrum conſervatur apud Moniales S. Catharinæ Civitatis Ferrarienſis, cujus fundatrix exſtitit,

& di-

& dictam Reliquiam obtinuit Eminentiſſimus Sacripantes, prout diffusè legitur in vita ejuſdem Beatæ, conſcripta à P. F. Dominico Pontio Ord. Præd. impreſſa Romæ a. 1711.

FINIS.

LIBER V.

De Aſia, Africa, & America.

DE Aſia videantur tractantes *Jacobus Gaſtaldus*; Nicolaus de *Nicolais*, in Obſervationibus Orientalibus; Andreas *Taveta*, in Coſmographia Orient.

CAPUT I.

De Aſia.

IN Aſia ſunt octo Maria. 1. nigrum. 2. Caſpium. 3. Mediterraneum. 4. rubrum. 5. Arabicum. 6. Indicum. 7. Tranquillum. 8. Tartaricum. Vid. *P. Coronellus* in ſuo Atlante Veneto fol. 45. ubi & de Archipelagis, & lacubus ejuſdem.

Digitized by Google

dem. In menſe Septembri flumina *Caor*, *Mazebam*, *Pegù*, & *Menan*, exeunt littoribus ſuis, & irrigant vicinos campos.

Flumina Aſiæ principaliora ſunt quatuor, videlicet Euphrates, Obius, Indus, & Ganges: quibus adjungendus eſt Jordanus, memorabilis ob tranſitum Populi Iſraëlitici; & ob baptiſmum, quem in ejuſdem aquis ſuſcepit Redemptor Mundi per manus S. Joannis Baptiſtæ. Videatur Pater Magiſter *Coronellus* in ſuo Atlante Veneto de Aſia, fol. mihi 46.

Aſia dividitur in ſex partes, videlicet ? in Ditionem Turcicam. 2. in Ditionem Perſicam. 3. In Orientalem Indiam. 4. In Magnam Tartariam. 5. In Imperium Sinarum. 6. In Inſulas Aſiaticas.

Turcæ in hac parte Euphratis tres habent Provincias. 1. Natoliam. 2. Soriam. 3. Arabiam: & in altera parte fluminis. 1. Georgiam. 2. Turcomanniam, & 3. Diarbecker ad confluentiam Euphratis, & Tygri.

In Provincia Natoliæ, Smirna Urbs famoſa eſt mercantilis pro Europæicis. Burſia antiqua reſidentialis Turcæ. Cyprus pulcherrima Inſula eſt totius Mundi. Rhodenſem Inſulam 1522. tempore Adriani VI. Papæ, prediderunt milites S. Joannis Hieroſolimitani. Captam ab iiſdem ann. 1309. V. Meum Comp. Geographiæ Eccl., imo leguntur nomina Equitum dicti Ordinis, quando capta fuit Inſula à Turcis in Mea Germania purpurata, ad Vitam Adriani Papæ. Ad Inſulas Natoliæ etiam pertinet Nicoſia, ubi Turcicus Baſſa reſidet, Famaguſta, Ceraunia, & Papha.

In Soria, Aleppi magna Urbs eſt, Caput, & de maxima conſideratione. Scanderona lat. Alexandria, Civitas mercatorum eſt. Hieroſolyma, Paſſione Domini noſtri illuſtris etiam in hac continentur Provincia, quæ habet in ſe antiquam Syriam, Phænicem, & terram firmam. Hieroſolyma fuit ædificata à Melchiſedech an. Mundi 2220. poſſeſſa

ab eodem an. 50. poſtea à Jebuſais 824. expulſis à Daride, auxit Urbem Salomon, ædificando templum Domino, in quo ſtatu permanſit an. 477. deſtructa à Nabuchodonoſore deſolata manſit a. 70. reſtaurata à Juda Machabæo, & iterum deſtructa à Tito Veſpaſiano.

In Arabia tres potiſſimum conſiderantur Civitates, Mecca, Medina, & Balſora; hæc ultima mercatoribus plena eſt; Mecca, patria fuit Mahometis; Medina ejuſdem Sepulchrum, natus erat Mahomet a. 570. diem clauſit extremum a. 637. In Arabia felice Adenum eminet, cujus princeps potentiſſimus Arabiæ eſt. Bahreina, Inſula eſt in Sinu Perſico, Perſis ſubdita.

In Georgia ſunt nonnulli Principes, quorum aliqui ſunt Turcæ tributarii; alii Regi Perſarum: Turcis ſubditæ ſunt Principes Mingreſiæ, Imeretiæ, Guriæ: Perſis ſubditi ſunt Principes Carduеliæ, & Gaquetiæ.

In Turcomannia, Erzerum, Turcicum eſt fortalitium limitiale. In hac

Provincia montes ſunt Ararat, ſupra quos Arca Noë ſe demiſit. Notatur & Carſe ad Originem Euphratis, Turcicum fortalitium; olim Turcomannia, vocata fuit Armenia Major.

In Diarbeckera Provincia duæ potiſſimùm conſiderantur Civitates Bagdadum, & Muſilum; ubi Bagdadum, ibi olim erat Bàbylona; & ubi Muſilum, ibi olim erat Ninive; notantur & Ophra, & Haran, ſeu Carræ veteres, ubi Romanorum Generalis Craſſus trucidatus fuit.

CAPUT II.

De Perſia, & India Orientali.

MAgnum Regnum Perſiæ ab uno Rege regitur Schach, vel Sefì vocato, & in illo Regno, Aſpahanum moderna reſidentia Regis eſt; olim erat Caſvvinum, & Dabris. Derbentum viam ſternit in Moſcoviã; Ormus olim erat dives Urbs Mercatoribus plena Luſita-

ſitanis. Perſia comprehendet 400. milliaria germanica in longitudine, & totidem in latitudine. Dividitur in 12. Præfecturas, Fariſtaniam, Carmaniam, Gedroſiam, Candahariam, Sigiſtaniam, Sabluſtaniam, Choraſaniam, Gilaniam, Servaniam, Adyrbeizaniam, Itacam, Suſianam, ubi Indiæ Orientalis Princeps, Mogol vocatur: Agra ſuperba ejuſdem reſidentia eſt. Suſa, olim Aſueri reſidentia. Goa, Urbs excellens Luſitanorum. Calecutium Hollandorum eſt. Siami Regnum hucùſq; multos toleravit Chriſtianos. Totus Status dividitur in Imperium Magni Mogolis, & in peninſulas intra, & extra Gangem. Continet in ſe Imperium ad minus 35. Regna, videl. Agram, Guſuratem, Bengalam, Decanum, Cuncanum, Calecutium, Cananarium, Cochinum, Avam, Peguanum, Siamenſe, Cochinchinæ, & Tuchinum, & Cambojæ. Malaca pertinet ad Regnũ Siamenſe: Magnæ Tartariæ plerumque incognitæ Princeps, Magnus Chanus vocatur. In Regno Sinarum magno, pul-

pulchro, & diviti dominantur Tartari. Inter Sinas, & Magnā Tartariam murus 500. reperitur milliar. Antiquiſſimum eſt Regnum Sinarum, qnippè quod ſtetit annis 4000., quo tempore imperarunt 236. ex 21. diverſis familiis; reperiuntur in illo Regno Civitates muris cinctæ 4402. Sinenſes habent literas 54409., quæ plerumque ſunt figuræ, verba autem habent 370. plerùmque monoſyllaba. Imperator an. 1683. profectus in Magnam Tartariam 60000. Peditibus, & 10000. Equitibus. *Magaillans* in nov. Rel. de la Chine. Peckinum, Civitas principalis ita magna eſt, ut viginti quinque milliaria germanica, ſeu centum, & quinquaginta Italica in circuitu cōtinere dicatur. Nanquinum, & Quancheum notabiles Civitates ſunt Mercatorum. Infra Sinas conſpicitur famoſa Urbs Macaenſis, in qua an. 1710. obiit Cardinalis Maylard de Turnon. Mogol redditibus annuis gaudet 300. millionū. Inſulæ Aſiaſticæ ſunt ſeptem. 1. Ceylanum, Hollandorum eſt, Cinnamomife-

ra.

ra. 2. Inſulæ Maldivicæ ſunt innumerabiles, habentq; Regem proprium. 3. In Inſula Sumatra, Angli exercent Mercaturam. 4. In Inſula Java habent Hollandi illud excellens fortalitium, Bataviam nuncupatam, ubi Orientalis Indica Societas Pro-Regem ſuſtinet. 5. Inſula Bornea; Adamantium ferax eſt. 6. Inſulę Philippicæ ſunt Hiſpanorum. 7. Japponia Regentem habet, Cæſarem nuncupatum, Hollandi illic mercaturam exercent. Inſulæ Moluccicæ ſunt 5. Ternate, Tidor, Machian, Motir, & Bachian. Inſulæ Japponiæ 3. præcipuè majores ſunt, Niphonia, Ximo, & Sai*kock*, ubi pluſquàm 20. Reges ſunt, ſubjecti Cæſari Japponię reſidenti in Civitate Jeddo.

CAPUT III.

De Africa.

DE Africa ſcripſerunt particulariter *Diego di Torres*; *Gio:Battiſta Gramaja*; *Io:Baptiſta Grimago*, de Africana

na Hiſtoria ; *Balthaſar Tellez* , Hiſtoria de Æthiopibus ; *Bernardus de Alderette*, de Antiquitatibus Africanis; *Damianus de Goez* , de moribus Æthiopum ; Itinerarium *Thomæ Herberti*, de Africa ; *Daperus* , de Africa .

Europæicis Africa eſt versùs Meridiem , in ejuſdem vicinia eſt Æquator , vel linea Meridionalis , propterea ſat calida Regio eſt , protegitque in maximis deſertis feras in abundantia , Leones videlicet , Tygrides , Camelos , Elephantes : Mediterraneum Mare ſupra eſt : Atlanticum ad ſiniſtram : Æthiopicum infra : Rubrum ad dextram . Nilus ad terram Mare Mediterraneum ingreditur; & Niger fluvius ad ſiniſtram Atlãticum . Africa multò major eſt Europâ .

Ad ſiniſtram Africæ ſituata eſt Barbaria , Campus Bilidulgerid , Deſertum Zaara, Campus Nigritiæ, Partes Quineç: In dextra eſt Regnum Ægypti ; Regnum Nubien , Regnum Abyſſiniæ ; infra obſervantur partes Congo , Caffern , Zanguebar , Regnum Monomotapa . In Mari

ri

ri diverſæ ſunt Inſulæ. Flumina Africæ ſunt Sus, Nilus, & Niger, Tephetnetenſiſt, Aſiſnual, Sefava, Habid, Sifemel, Niſis, Ommirabili.

Barbaria dividitur in ſex Regna, Feſſanum, Maroccum, & Algericanum, Tunctanum, Tripolitanum, Barcanum.

Feſſanũ Regni Metropolis eſt, cujus Legatus Reginæ Brittannicæ Annæ anno 1711. varia obtulit munuſcula Leonum, ac ſimilium Animalium, eandemque ad confœderationem animavit, maximè pro liberatione Septæ ad Fretum Herculeum, quæ Civitas maxima Fortalitium Hiſpanorum eſt. Salee, potiùs Spelunca Latronum eſt. Regnum Feſſanum dividitur in ſeptem Regiones.

Marocchenſis Regni idem Dominator eſt, ac ille Feſſenſis, Imperatorque de Marocchio nuncupatur. Marocchium Metropolis Civitas eſt, ac Reſidentia Regis. Marocchi Regnum, pars eſt Mauritaniæ Tingitanæ; Civitas maxima eſt Marocchium in tota Africa.

Rex Algericanus Magnus Negur nun-

nuncupatur ; non ſunt famoſæ Urbes in iſta Patria, ſed Rex cum ſuis Tentoriis de uno loco migrat in alium ; multi Piratæ in illo Regno ſunt, & dant tributum Turcę. Regnum Algericanum comprehendit viginti quatuor Civitates.

Regnum Tuneſium octodecim Civitates, seù Oppida continet. Et Regnum Tripolitanum ſexdecim ſimilia loca comprehendit, quorum Reges dant tributum Turcico Imperatori. Regnum Barcenſe Turcæ immediatè obtemperat, & habet Oppida ſex. Tunetum Regni Metropolis eſt, ædificatum poſt deſtructionem Chartaginis ab Africanis. Vid. *Sanutus* ib.5. Stulti in illa Civitate adorantur, & habentur pro Sanctis. Videatur idem *Sanutus* lib.5. fol. 61. Pulchra ibi ſunt Palatia, Portæ, Templa, Collegia, Monaſteria.

Campus Bilidulgerid comprehendit quinque Civitates,aut Oppida. Atlas ibi conſiderabilis eſt, unde nomen accepit Mare Atlanticum. Provincia eſt Numidiæ ; ſiccitas ibi eſt per exceſſum ; vino

nɔ caret Provincia ; abundat fructibus, & in ſpecie Dactilis optimis, qui ad partes Tunetenſes, & alias tranſportantur.

In Campo Nigritio tredecim Regna notantur ; multa in iis commercia habent Hiſpani, & Luſitani.

Septem Regna, Deſertum Zaara cõtinet, quæ tamen non ſunt adeo populata, ut Melli, Tombut, Agades, Cano, Zanfara ; ad littus notatur Caput Viride.

In partibus Quineicis duo Regna, & Principatus Malaguettæ numeratur ; magnum Fortalitium Hollandicum eſt, Civitas S.Georgii de Mina, ubi Angli, & Dani in commerciis communicant. Partes Quineicæ comprehendunt quinquaginta Civitates, aut Oppida. Hollandi poſſident arcem S. Georgii, Naſſoviam, Aximum, Cormentinum ; Angli, Caput Carſum ; Dani, Fridericoburgum, & Chriſtianoburgum.

Ægyptus dividitur in Regimen Cairicum, & Alexandrinum, olim octo-

de-

decim millia Civitatum, & Caſtrorum comprehendit.

Magna Memphis Civitas, non tantùm Ægypti, ſed totius Orbis maxima Civitas eſſe dicitur; inſunt huic Urbi ſexdecim millia platearum; ædificata fuit à Johar Saraceno an.968.; Baſsa, vel Calif, hìc reſidet, ob abundantiam fructuum, ac frumentorum una ex optimis Provinciis Turcicis eſt. Adſunt etiam aliqui Chriſtiani, Coptici nuncupati; Urbs quinque habet Suburbia. Nilus ibi pluviæ loco eſt; & ubi Nilus non excurrit, omnis terra arena eſt, ità ut ſæpè integræ itinerantium ſocietates arenâ obruantur, & tunc Caravancem dicuntur.

Regnum vocatur Miſia, in menſe Auguſti littoribus ſuis exit Nilus, & ſuperminet ſexdecim vlnis omnem terram, fertilemque reddit.

Alexandria, Urbs famoſa Mercatoribus plena eſt,reſidet adhùc ibi Patriarcha Copticorum. Damiata Fortalitium, & Portus eſt. Juxtà Aziruth Urbeculam

lam ad Rubrum Mare filii Iſrael illud ſicco pede tranſierunt.

Viginti Civitates in Regno Nubiæ conſiderantur; Rex Nubiæ inconſtans eſt, & modò Parti Turcicæ, modò Abyſſinæ adhęret. Fertiliſſimum Regnum eſt, & producit omnis generis fructus, imò auri ferax eſt. In hoc Regno numerantur centum, & quinquaginta Eccleſiæ, & videntur adhùc ad muros depictę Imagines Crucifixionis Domini noſtri, necnon B.Virginis, & Sanctorum. Dancala Metropolis eſt.

In Abyſſinia, ſeu Æthiopia quatuordecim numerantur Regna, & ſunt Tygræ, Regnum Barnagas, Regnum Angottæ, Regnum Faticarę, Regnum Xoæ, Regnum Bagamedri, Regnum Amaræ, Regnum Nareæ, Regnum Malembæ, Regnum Gojama, Regnum Damuti, Regnum Dambeę, Regnum Ximenchæ, & Inſulæ Guegueræ, quæ Regna varias inter ſe habent Civitates, & Præfecturas. Rex, Magnus Neguz vocatur, ubi Tentoria figit, ibi Reſidentia

Regis eſt. Abyſſini venerantur nomen Joannis; ſeveras agunt pœnitentias, & ſtrictiſſimè obſervant jejunium, quod ad quinquaginta dies extendunt in Quadrageſima.

Duo Regna ſunt in Imperio Monomotapæ, videlicet Monomotapæ, & Budæ, quæ ab uno eodemque Gubernantur Imperatore; & unumquodque Regnum, ſeptendecim, aut octodecim ſub ſe continet Civitates. Armatas habet fœminas numero 6000. cum quibus, & aliis militibus coercet rebelles.

Imperium Monoemugi octo habet Civitates, ſeu Caſtra, & Oppida inferiùs ſpecificata; Incolæ de Religione Chriſtiana parum ſciunt. Imperator reſidere ſolet Monoemugi, Civitate bona. V. *Robbè* P. 2. Cives, domus ibi habent, velut tentoria, ſine portis, niſi nobiles; Unde ex domibus altis, & earum portis cognoſcitur nobilitas inhabitantium.

Octo Regna ſub ſe habet Biafara; primum Regnum eſt ejuſdem nominis;

Se-

Secundum vocatur Regnum Gabon; tertium eſt Regnum Pongo; quartum Regnum Medræ, quintum Regnum Macoca; ſextum Regnum Mujac; ſeptimum Regnum Loangi, & Angolæ; octavum Regnum Congo. Quę regna varias habent Provincias, Civitates, & Oppida, infra ſpecificata. In Civitate Loandæ, quæ ad Regnum Congo pertinet, Luſitani dominium habent, & mercimonia ibi exercent.

In Caffern Incolæ vocantur Hottentotten, ſuntque furtis addicti; territorium conſiſtit in tredecim Civitatibus, oppidis, & pagis. Plurima ibi ſunt mancipia coloris nigri.

In partibus Zangvebar, quinque Regna numerantur, Regnum Mongellæ, Mozambiæ, Quiloæ, Mombazzæ, Melindæ. In Civitate Mozambicenſi Reſidentia eſt Pro-Regis Luſitani. De abundantia auri harum partium, uti & nuditate, ſuperſtitione, idolatria, & colore inhabitantium, uti & partium illarum climate. V. *Sanutus* lib. 12. fol. 140.

Partes Ajan, comprehendunt Regna Adeæ, & Adeli. Regnum comprehendit quatuor Civitates; & Regnum Adeli decem loca.

Partes Abex comprehendunt Regnum Dungali, cum Degibildera, Degiqilcora, & Vella; adſunt etiam nonnulla loca Turcia Suaguen, Ercocco, & Mazua.

Africæ Inſulæ ad centum, & triginta numerantur. In Atlantico Mari inſulæ ſituatæ ſunt, & recognoſcunt Hiſpanos Dominos, interjacent Inſulæ viridium præmontanorum, ſuntque domini, & Patroni Luſitani: Inſula Madagaſcar infra eſt, & viſitatur ſæpè à Gallis. Videatur *Sannutus* lib. 3. f. 25. *Robbè* P. 2.

Ultra Inſulas Canarias, famoſiores ſunt Inſulæ Comorræ, Inſulæ verſus Zanguebar, Inſulæ verſus Quineam, Inſulæ Capitis viridis, Inſulæ Teneriffæ, Inſulæ Maderæ, Inſulæ Acoræ, Inſulæ in Oceano Ætiopico, verſus Occidentem, & Orientem, Inſula S. Thomæ an.

an. 1405. in feſto S. Thomæ à Luſitanis occupata fuit: Adſunt, Inſulæ Principis, Ferdinandi, Anniboni, S. Mathæi, S. Helenæ, Aſcenſionis, Mauritii, & Borbonia.

CAPUT IV.

De America,

AD Septentrionem limites Americę ſunt maria illam ſeparantia à Grōlandia: ad Orientem, Mare Atlanticum: ad Meridiem, partes Magellanicæ: ad Occidentem Mare pacificum. V. *Robbè* P. 2.

Sedes Americæ eſt ſub tribus zonis differentibs, unde aër ejuſdem eſt frigidus, & calidus, ſecundum diverſam proportionem, ac ſituationem partium. Territorium producit varias ſpecies fructuum, & frumentorum, quorum aliquæ ſunt cognitæ, aliæ incognitæ, ut Yuca, ex quibus panis cacavæ conficitus; tantum auri & argenti in diverſis

Americæ partibus invenitur, ut plures populi hìc propterea confluant. Nec deſunt omnes ſpecies animalium ferocium, ſylveſtrium, & domeſticorum. V. Jo: *Laet*. Qui particulariter ſcripſit de America.

Tres magni fluvii reperiuntur in America; primus eſt Amazonum, alter Plata, vel Paraguay, currentes verſus partes Meridionales. Tertius eſt S. Laurentii, qui perlabitur totam Canadam in parte Septentrionali. V. *Coronellus*.

Duæ partes Americę ſunt duæ quaſi Semi-Inſulæ habentes in latitudine novem, aut decem milliaria Germanica, & continent plures Provincias. V. *Blaviana Coſmographia*.

Ante adventum Hiſpanorum America habebat ſuos Reges; hodiè autem pars Americæ pertinet ad Regem Hiſpaniarum; qui ibi habet duos Pro-Reges, unum Limæ pro parte Meridionali; alterum Mexici, pro parte Septentrionali. Conadæ pars pertinet ad Regem Galliarum, & ille ſuum habet Pro-Regē Que-

beci. Aliæ partes pertinent ad Reges Luſitaniæ, & Angliæ. Quædam loca etiam obtinent Hollandi. Quidam Capitaneatus etiam eliguntur ab Originariis populis, qui populis dant leges, & illos inſtruunt in rebus bellicoſis. Nonnulli etiam Americanorum vivunt ſine conductore, ſine lege, non habentes permanentem Civitatem. V. *Robbè* P.2.

Subditi Hiſpaniarum, & Galliarum exercent exercitium Religionis Catholicum. Angli, Dani, & Hollandi Reformatorum ſectam ſequuntur. Alii Americani, qui vivunt in libertate, ſunt idolatræ, aut Solem, aut Lunam adorantes.

America Meridionalis habebit milliaria Germanica ſeptingenta in longitudine à Septentrione ad Meridiem; ſexcenta in latitudine ab Oriente ad Occidentem; trecenta autem in circuitu. V. Jo: *Laet* de America.

Ad Septentrionem, & Orientem eſt mare Septentrionale: ad Meridiem, Magellanicum: ad Occidentem, quie-

tum

tum ſeu pacificum. V. *Coronellus*.

In 7. partes dividitur in terram firmam, vel Caſtiliam auri: in Peruanam: in Turcomanniam, in Chilium: in partes Magellanicas, Pâraguay: in Braſiliam, & partes, quæ ſunt circa fluvium Amazonem. V. *Blaviana Geographia*.

In Meridionali America Hiſpani habent terram firmam, in qua Panama ad Iſthmum Urbs bona, maritima. Regnum Peruanum ad littus tranquilli maris exiſtit Urbs Limana Reſidentiam Hiſpanici Pro-Regis conſtituit. Cuſco reſidentia eſt Prioris. Potoſi opulenta ſunt montana. Luſitani poſſident Braſſiliam, in qua S. Salvatoris Civitas Metropolis eſt, & Phernambuco Portus bonus. V. Jo: *Laert.* in tractatu de America.

America Septentrionalis habet milliaria Germanica ſexcenta circiter in longitudine ab Oriente ad Occidentem; ducenta & quinquaginta in circuitu. V. *Coronellus*.

Ad Orientem, & Septentrionem eſt mare ejuſdem nominis; ad Meridiem, & Oc-

& Occidentem mare tranquillum, & nonnulla alia maria, varia nomina à vicinis Provinciis accipientia. V. Blaviana Coſmographia, & Geographia impreſſa Ambſtelodami.

America Septentrionalis dividitur in terram firmam, & Inſulas, quorum aliquæ ſunt in Dominio Hiſpanorum, aliæ Gallorum; aliæ vero Anglorum.

Nova Hiſpania, vel Mexicum dives Hiſpanorum eſt, ſituatum ad mare tranquillum, eſt Reſidentia Pro-Regis. Veracrux Portus eſt ad Mexicanum lacum. Aquapulea Portus eſt ad mare tranquillum. Galli poſſident novam Franciam, qua Quebec Reſidentia Gallici Gubernatoris eſt. Nova Anglia Anglorum eſt, & habent Virginiam, & vicinas alias parvas Provincias, inter quas Penſylvania Aſylus eſt multorum pietatiſtarum Europeicorum.

In America quinquaginta ſex Inſulæ Principaliores notantur, inter quas nominationes ſunt Inſulæ Azoricæ, ſeu accipritum, Inſulæ Antlicæ, & Bermudica.

Azo-

Azoricæ Inſulæ ſunt in media via verſus Americam, & Patroni, aut Domini ſunt in temporalibus Luſitani; vocantur etiam Inſulæ Accipritum, ob multitudinem illarum avium, ſuntque novem.

Inſulæ Antlicæ, ſive Inſulæ ante Americam ſunt Hiſpanorum, ubi Hiſpaniola Cuba, in qua famoſus portus Havana eſt; Jamaica Anglorum; Portus dives Hiſpanorum; Mantinicia, Gallorum; S. Chriſtophorus Anglorum.

In Aliis Americæ, hinc & inde repertis Inſulis, conſideratur nova terra Gallorum, & Bermudicæ Inſulæ ſimililiter Franciam recognoſcunt. California Hiſpanis obedit. Sebaſtianus Carmelita Diſcalceatus, poſtmodum Epiſcopus Tiphernas in ſuo Itinerario Ind. Orient. refert, ex ovis circa horas matutinas partis, verſus veſperam pullos naſci abſque Gallinâ incubâ, ita enim proportionatus eſt illarum Regionum calor naturalis; unde ut conſerventur ova recentia, ſtatim ea rumpuntur, &

ſac-

ſaccharum inſpergitur.

Alię Provinciæ ſunt nova Francia, & Loviſiana, Gallorum; Virginia, Anglorum; nova Svecia, nova Hollandia, nova Anglia, ubi melior Civitas, Briſtavium. In America Meridionali, obſervantur Provinciæ terræ firmæ, Peru, Chili, terræ Magellanicæ, Tucumanniæ, Braſſilia. In Provincia Chilio notantur Civitates S. Jacobi, Conceptionis. In Tucumannia Civitates ſunt, Fanum S. Michaelis, & S. Jacobi de Storea. In Paragay, notantur Civitates Aſſumptionis, & Fanum S. Trinitatis. Braſſilia à Luſitania an. 1501. detecta fuit, & in ea farmoſæ ſunt Civitates, Fanum S. Salvatoris, Pernambucum, Fanum S. Sebaſtiani, Spiritus S. In terra firma, ſeu Caſtilia aurea notantur Panama, Portus pulcher, Chartagena, nova Germania. In Regno Peruano; Præfectura Guiti, Civitas Regum, Cuſcum, Præfectura Charcarum, Argentea, Potoſium. Adſunt & Provinciæ Apanta, Surianamum. Inſulæ accipitrum, Anti-

tiliæ, Caribes, Luaciæ, Terceras, S.Michaëlis, Hiſpaniola, Cuba, Jammaica, Portus divitis, Gnadelupia, Martinica, S. Crucis, S. Luciæ, Teſtudinis, Barbaræ, Montis Serrati, S. Chriſtophori, Nivium.

FINIS.

Notanda, ſeu corrigenda in lib. IV. & V.

p.8. captura piſcium 40000. ſcud. jungatur, fides ſit penes Authorem; uti & f 9. de Caradignis. f.10. lin.1. loco repelluntur, l.reperiuntur. f.15. de Rege Chriſt. junge, ut aliqui ſcribunt. f.20. l.15. loco uris, l.uvis. f.29. lin.11. loco populi, l.populis. f.47. lin.antepen. l. collus, l.colles. f.68. l.5. loco Hannoviam, l. Hannoniam. f 95. loco Princeps, l.Marchio. f.97. millionem Ducatorum, junge, viſum eſt aliquando acceſſiſſe. f.111. de Veſperis Siculis pro impreſſo non habeatur. f.136. l.20. loco aſt, l.eſt. f 168. ponatur fama apud aliquos eſt, terram Auguſtanam habere virtutem pellendi glires. f.169. & 221. ad Reg. Pruſſiæ, & *A*ngliæ, junge, ut vocant eorum Subditi, & Confœderati. f.187. lin. penult. loco dividitus, l.dividitur. f.189. l.6. loco latus, l. lacus, ibidem omittatur Excellentiſſimus f.218. lin. penult. l. *A*ſiaſticæ, l. *A*ſiaticæ. f.229. lin.ult. l. conſicitus, l. conficitur.

IN-

INDEX.

LIBRI IV., & V.

CAP. I. *De Limitibus Europæ.* pag. 1
CAP. II. *De Luſitania.* 3
CAP. III. *De Hiſpania.* 7
CAP. IV. *De Gallia.* 25
CAP. V. *De Regnis Angliæ, Scotiæ, & Hiberniæ.* 46
§. 1. *De Regno Angliæ.* 46
§. 2. *De Regno Scotiæ.* 55
§. 3. *De Regno Hyberniæ.* 63
CAP. VI. *De Flandria.* 66
CAP. VII. *De Helvetia.* 75
CAP. VIII. *De Italia.* 79
§. 1. *De Statu Eccleſiaſtico.* 84
§. 2. *De Magno Ducatu Hetruriæ.* 89
§. 3. *De Regno Neapolitano.* 90
§. 4. *De Lombardia.* 93
§. 5. *De Statu Veneto.* 95
§. 6. *De Statu Mediolanenſi.* 99
§. 7. *De Principatu Pedemontano, & Ducatu Mõtferratenſi in parte.* 102

De Sa-

§. 8. *De Sabaudia*. 102
§. 9. *De Ducatu Mantuano, cum parte Montferratenſis*. 105
§. 10. *De Ducatu Mutinenſi*. 106
§. 11. *De Ducatu Parmenſi*. 107
§. 12. *De Republica Januenſium*. 108
§. 13. *De Republica Lucenſium*. Ibid.
§. 14. *De Republica S. Marini*. 109
§. 15. *De reliquis Italiæ Statibus, ſeu Principatibus minoribus*. Ibid.
§. 16. *De Sicilia*. 110
§. 17. *De Inſula Sardiniæ*. 113
§. 18. *De Inſula Corſicæ*. 115
§. 19. *De Inſula Melitenſi*. 116
CAP. IX. *De Imperio Germanico*. 118
§. 1. *De Archi-Ducatibus, Auſtriæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ: Comitatibus Burgundiæ, Tyrolenſi, Pfirdt, & Windiſmarck*. 126
§. 2. *De Lotharingia*. 132
§. 3. *De Alſatia, Sungavia, Briſgovia*. 134
§. 4. *De Palatinatu inferiori Rheni*. 137
§. 5. *De Principatibus, & Statibus*

in

in Palatinatu inferiori exiſtentibus. 139
§. 6. *De Archi-Epiſcopatu, & Principatu Moguntino.* 141
§. 7. *De Archi-Epiſcopatu, & Principatu Trevirenſi.* Ibid.
§. 8. *De Archi-Epiſcopatu, & Electoratu Colonienſi.* 142
§. 9. *De Clivia, Julia, Montibus Ravensberg, Ravenſtein.* 143
§. 10. *De Weſtphalia.* 145
§. 11. *De Saxonia Inferiore, & Electoratu Hannoverano.* 147
§. 12. *De Saxonia Superiore, & Electoratu Saxonico.* 150
§. 13. *De Franconia Orientali.* 152
§. 14. *De Haſſia.* 153
§. 15. *De Wetteravia; Hiſtoriis, Obſervationibus, & Cæremoniis, quæ fieri ſolent Francofurti in Electione, & Coronatione Imperatoris.* 154
§. 16. *De Pomerania.* 157
§. 17. *De Regno Pruſſiæ Brandenburgicæ.* 160
§. 18. *De Marchionatu, & Electo-*

ra-

ratu Brandenburgico. 161
§. 19. *De Bavaria*. 163
§. 20. *De Palatinatu ſuperiori, & Ducatu Neoburgico*. 166
§. 21. *De Svevia*. 167
§. 22. *De Sileſia*. 171
§. 23. *De Moravia*. 173
CAP. X. *De Regno Bohemiæ*. 175
CAP. XI. *De Regnis Daniæ, Nortwegiæ, & Sveciæ*. 177
§. 1. *De Regno Daniæ*. 177
§. 2. *De Regno Nortwegiæ*. 180
§. 3. *De Regno Sveciæ*. 182
CAP. XII. *De Polonia*. 185
CAP. XIII. *De Moſcovia, ſeu Ruſſia*,
CAP. XIV. *De Hungaria, & Turcia Europæica*. 192
CAP. XV. *De Græcia, ſeu Rumelia*. 203
LIB. V. De Aſia, Africa, & America.
CAP. I. *De Aſia*. 212
CAP. II. *De Perſia, & India Orient*. 216
CAP. III. *De Africa*. 219
CAP. IV. *De America*. 229

Finis Indicis.

1010885

Digitized by Google

Digitized by Google

1913 — 8